FUNDAMENTA
VERÆ CHRONOLOGIÆ
HOC EST
SCALIGERIANÆ
Potiora
Contra Summos atq; Clarissimos Viros
DIONYSIUM PETAVIUM
SOC. JES. PRESBYT.
SETHUM CALVISIUM p. m.
&
SAMUELEM PETITUM &c.
In Academiæ Wittebergensis Panegyri Philosophica verna An. cIↃ IↃc XLII. Quæstionis & Responsionis usitatæ loco Afferta & vindicata.
Accedunt
Scholia necessaria, quibus præcipua loca uberius explicantur
Autore

M. REINHOLDO FRANCKENBERGERO
Histor. Profess. Publico.

WITTEBERGÆ,
Anno Epochæ Christianæ cIↃ IↃc XLIV.
SUMPTIBUS AUTORIS
Ex Officinâ typographicâ JOHANNIS HAKEN.

Plurimùm Reverendo Clarissimo & Excellentissimo VIRO

Dn. PETRO WINSTRUPIO SS,

Theologiæ Doctori Celeberrimo & Scaniæ Episcopo vigilantissimo

Nec non Viris Amplissimis & Literatissimis

Dn. ADAMO SCHLEUSINGIO

Dobriluccensis Toparchiæ Quæstori integerrimo ac fidelissimo

&

Dn. JOHANNI KORNHÖFERO

in Inclyta Arnimica Legione Cohortis primæ Subpræfecto fortissimo & Lubenensis Præsidij Curatori vigilantissimo & perquam Strenuo

Dominis Patronis Fautoribus & Amicis meis honoratissimis.

NOn profanum quid sed bonam partem sacrum est Tempꝰ Politicum in Ecclesia tam vera quam falsa ut & in Re tùm publica tùm privata usurpandum & usurpatum. Ecclesiamveram tam veterem quam novam ante omnia consideraturus de Temporis Politici Sanctitate non dubitavit, si cultum divinum à Protoplastis & Patriarchis ante Exodum, à Judicibus Regibus Juda & Israel & à Prophetis ante natum Christum, & denique à Christianis in novo testamento justo tempore peragendum intueri velit. Erunt in primo intervallo plurima obscura, in secundo pleraque nota, in tertio denique omnia ut manifesta ita varijs mutationibus subjecta. Multa sunt hæc & fere plura, quam ut debito modo sint explicanda. Adamum Protoplastum primum quasi Pontificem Regem & familias patrem optimum facilè imaginari mihi possum vel sponte sua de anni Solaris & Lunaris tam cælestis quam civilis quantitate fuisse sollicitum vel ab ipso Deo pro sacrificiorum in sabbatis oblatione

ἐυτάκτῳ de anni civilis computo edoctum. Qui enim, Mose Gen. 1. referente, luminaria temporum annorum & dierum causam esse voluit jussit, qui Sabbatū sanctificavit eiq; benedixit, qui ad Mosen, eodem Mose Gen. 12. memorante, dixit: hic mensis (Nisan, cujus prima dies Novilunio & Æquinoctiomedio insignis) vobis primus in anno esto: idem etiā protoplastis & eorū posteris sabbatum observandū & sanctificandum & annum aliquem Politicum usurpandum commendavit. Qualis anni Politici forma post Exodum & à Deo per Mosen præcepta & in Syzygiarum Lunarium & Æquinoctiorum æquabilium Tabulis fundata, & à Judicibus Regibus & Prophetis recepta & observata sit, in ipso hoc Opusculo expositum erit, simulq; additum, quomodo Judæi post Alexandri M. tempora, Periodo Alexandræâ vel Seleucidensium jussu vel proprio conatu imprudenter receptâ, à Paschate vero Christi tempore uno die & Constantini M. seculo biduo aberraverint. In Novo Testamento, Calendario novo artificiosissimo à C Julio Cæsare primo Romanorum Imperatore fortissimo & eruditissimo annis 45 ante Ep. Christianæ primordium in Imperio Romano introducto, hoc ipso Calendario toti primitivæ Ecclesiæ secundum tempus Iulianum Computum Ecclesiasticum tùm instituturæ & consuli facile potuisset & revera consultum fuisset, nisi Episcoporum Romanorum regnandi cupida & polypragmatica practica, contentione de Paschate nō unâ & eadem die cum Judæis sed potius die aliâ & quidem Dominicâ celebrando excitatâ, turbas scandalorū plenas dedisset. Est certè anni Iuliani vel in se cōsiderati vel ad Ecclesiæ usum rite accommodati præstantia hujusmodi, ut unica Iuliū Cæsarem immortalē reddat. Et cum vetustas triumphos Iulij Cæsaris aboleverit, Iulius Cæsar tamē, Calendario Juliano per Sosigenem invento, de ipsa vetustate semper triumphabit. Nam in hoc Calendario Iuliano Christianum Calendarium ratione Paschatis ad motū Solis & Lunæ directum non adeo difficili negotio describi & conscribi potuisset, si vel motus Ptolemæi Lunaris, quem ipsi Iudæi in Iudaico Calendario sequuntur, & Solaris non in varijs Cyclis non in fallacibus Epactis sed in Tabulis Astronomicis fuisset consultus, vel ad solum Calendarium Iudaicum paulo post Constantini

Magni

Magni tempora inventum & cum grano salis intellectum respectus institutus fuisset, vel si deniq; non necessarius ille de Paschatis die conflictus omissus esset. Refert Eusebius l. 5. Hist. Eccles. c. 21. 22 23. & 24, quod Asiaticæ quidem Ecclesiæ è traditione Divi Johannis Apostoli jejunium quadragesimale, Paschate Iudaico ingruente, solverint, & 14tâ Luna (finiente & 15tâ ineunte) sive 14ta die Nisan, in quamcunque diem hebdomadis incideret, una cum Judæis Pascha Christianum celebraverint, quod reliqui Christiani in Palæstina & Europa habitantes idem iejunium sive Privium Carnis non nisi die Solis, quâ Christus â morte resurrexit, solvendum esse contenderint, ideoq; Pascha non nisi die dominicâ celebraverint. Atq; hæc controversia, quæ tamen non tantum de re adiaphora verum etiam non adeo necessaria erat, tantâ cum contentione in primitiva Ecclesia tum fuit agitata, ut Victor Episcopus Romanus jam tum bruto fulmine præmaturè armatus utpote Episcopatus Romani primatu eo tempore plane destitutus Asiaticas Ecclesias Pascha Christianũ 14tâ Lunâ indifferenter celebrantes circa annum Christi 196 ab Ecclesia excommunicaverit. Cui tamen Victori D. Irenæus & alij, licet & ipsi Pascha non nisi dominicâ die celebrandum esse dicerent, animosè contradixerunt. Divo Johanni ergo Pascha una cum Judæis celebrare non fuit piaculum. Quid? an non ipse Christus, nisi Calendarium Alexandræum Paschatis Mosaici σαυρώσιμυ in f. 6. & Alexandræi in feria 7ma positi diversitatem constituisset, eadẽ, qua Judæi, die Pascha quintũ Christianissimũ celebrasset? An non idem Salvator Pascha tertium una cum Judæis eadem 27 Martij f. 3. peregit? At Romano Episcopo eiq;, si Dijs placet, Christi Vicario Pascha cum Iudæis celebrare nefas visum. Non enim hic ipsa Paschatis die dominica celebrandi sententia culpatur, sed potius nimia in hac sententia defendenda vehementia reprehenditur. Si Christiani libertate Christianâ usi & D. Johannis exemplo inducti vel Pascha Christianum una cum Iudæis aut eadem aut certe sequenti die celebrassent, vel, Tekuphâ Addæâ Adu Badu Gatrad & Batutacphad hanc vel illam anomaliam causantibus, Pascha Christianum Iudaico Paschate una Lunatione vel prius vel posterius fecissent, vel deniq; ad Calendarij Iudaici artificiosissimi

ſimi ductum minime obſcurum ſecundum Ptolemaicum Solis & Lunæ motum Paſcha Chriſtianum ordinaſſent, nunquam profecto per tam multiplices Cyclos ab Hippolyto, Anatolio, Theophilo Alexandrino, Cyrillo, Victorino Aquitano, Dionyſio Exiguo & ultimò â Gregorio XIII. introductos in tot & tantos errores incidiſſent. Atq; ut Calendarium Julianum tempore Auguſti â Pontificibus Romanis paganis primã cladẽ accepit; ita Gregorius XIIItius Pontifex Romanus Chriſtianus, 10 diebus ex anno Epochæ Chriſtianæ 1582 hoc eſt ex anno Juliano 1627 una vice non re ſed nomine ſolo imo ridiculo modo exemtis, pluribus diebus in Centenarijs ſequentibus elidendis, & non tantum Calendario Juliano mutilo & manco facto, verum etiam Dionyſiano è Concilij Niceni mente minimè correcto, eidem Calendario Juliano maculam inſignem inuſſit. Siccine Tempus Politicum in Eccleſia Sacrũ manibus illotis hoc eſt neceſſarijs adminiculis deſtitutis tractare decebat? Certe qui tempus hoc ita vel corrigunt vel potius corrumpunt, illi meo judicio Cleoſtrato Metone & Calippo Græci, illi Turcis & Arabibus Hegiræ, illi deniq; Perſis & Saracenis Gelalæi Calendariorum non ob verum divinũ ſed ob idololatricum cultum artificioſiſſimè compoſitorum Autoribus imprudentiores exiſtunt. Plerunque enim novum Imperij & Reip. alicujus exordium comitatum eſt novæ Epochæ novæq; anni Politici formæ primordium. Teſtantur id Exodi Iſraelitarum ex Ægypto, Vrbis Romæ, Nabonaſſaris, Calippica, Juliana, Hegiræ, & Jetzdegird Epochæ omnes cum diverſorum novorum Imperiorum initijs exortæ. E qua commemoratione ſimul apparet, quod hæc & ſimilis Temporis Politici cultui divino πρώτως conſecrati cura poſt Deum Ter Optimum Maximum Imperatoribus Regibus & Principibus ſemper incubuerit, licet â Pontificibus quoq; & Sacerdotibus illorum juſſu quandoque, etſi plerunque malè, adminiſtrata ſit, adeo ut Pontifex Romanus, niſi vel Magiſtratus Politici ſupremi munus impudenter ſibi attribuere, vel, quicquid in Calendarij correctione tentavit, id Imperatoris Romani Regum & Principum juſſu feciſſe videri velit, Temporis Politici, licet ſacrum ſit, curam aſſignare ſibi non poſſit. Quæ quò vobis, Viri Admodum Reverende Clariſsime & Excellentiſſime,

tissime, nec nō Amplissimi Literatissimiq;, notiora sunt, eo majore brevitate fuerunt commemoranda, quæ tamen magna ex parte secundum Fundamenta hæc Chronologiæ Scaligeriana sunt judicanda & dijudicanda. Id judicium tibi, Scaniæ Præsul Plurimnm Reverende, Vir Amplissime Fautor maxime, ante omnes non tantum est facillimum verum etiam familiarissimum. Ante annum consilium tuum in negotio hoc Chronologico expetij non tantum insigni tuâ in Chronologia scientiâ inductus verum etiam peculiari tua humanitate fretus, quâ ante 16 circiter annos in nostra hac Academia incredibili diligentia versatus & domicilij loco Schallerianis ædibus usus nō tantum Aviam honoratissimam Helenam Seelfischiam p. m. fœminam historiarum potiorum cognitione nō parum imbutam verum etiam eius nepotem Wolgangum Schallerum & neptem Hedwigin meam Schallerianam, quæ in Tabularum Opusculi hujus correctione typographica aliquid auxilij mihi præstitit, vixdum infantiam egressos tum es prosecutus. Tu Vir Maxime nō tantum rationes meas Chronologicas probasti: verum etiam plura consilia saluberrima suggessisti. In Daniæ certe Regno eminentissimo & florentissimo vera Solaris & Lunaris Astronomia in tota Chronologia summè necessaria primo omniū nata est non tantum â Nobilissimo Dn. Tychone Brahe inventa verum etiam â Dn. Christiano Severini Longomontano Astronomo & Mathematico in toto Europæo orbe celeberrimo alijsq, Academiæ Haffniēsis luminibus enucleata. Erit profectò hæc Daniæ Regni Potentissimi laus immortalis & æterna nullis aliorū Regū triumphis præponenda & præferenda. Nunc ad te, Quæsturæ Dobriluccensis Electoralis Præfecte dignisime Dn. Adame Schleussing Vir Amplisime & Literatisime Fautor & Amice honoratisime, eâ gratitudine me converto, qua vel prædictæ Helenæ Seelfischiæ ejusq; nepotum vel meo nomine pluribus beneficijs â te me affectum esse scio. Omnibus perspecta est tua pietas orthodoxa non tantum historiæ tam sacræ quam profanæ eruditâ lectione verum etiam Chronologiæ sacræ cognitione occupata, inter omnes decantata est tua justitia egregia, nemini denique ignota tua virtus eximia. Respuit Chronologica tam Scaligeri quam Petavij Schola ad *Pythagoræ* exemplum Auditorem ἀγεωμέτρητον. Te minimè talem

eadem

eadem Schola non tantum facile admittet, verum etiam causæ judicium tibi permittet. Qua fronte autem erga te, Dn. Johannes Kornhôfere Cohortis Arnimicæ primæ Subpræfecte fortißime & loci tuæ fidei concrediti Curator Vigilantißime & Perquam Strenue, chartaceo hoc munere gratitudinem meam declarare vel poßsim vel velim, neq; videre queo, neque dicere audeo. Tu solebas meas aliquid putare nugas. Beneficia tua in me collata certe longe majora sunt, quam ut hac levidensi re aliquo saltem modo compensari queant. Benefacta profectò alijs benefactis, non dictis, ne perpluant, secundum Plautinum illud pertegenda erant. Meminisse enim potes & me quoque meminisse æquum est, quod de his rebus chronologicis, cum Anno Christi 1639, 1640 & 1641 in ædibus nostris es commoratus, non raro tecum sim collocutus, quam sæpe humanitate & æquitate tua in adversitatibus recreatus, quamque multis benevolentiæ tuæ beneficijs cumulatus. Nolo hic tui de labore hoc tenui meo Chronologico judicij ad me perscripti vel summam referre vel verba repetere, quæ profectò arguunt te inter media quoque Arma Artibus nostris & Philosophicis studiis favere, & de his dextrè sentire & judicare. Vobis ergo, Viri Plurimum Reverende Amplissimi & Maximi, Opusculum hoc Chronologicum offerre & dedicare volui, non quod pro beneficijs in meos & me collatis parem gratiam me referre posse putarem, sed ut id me facere voluisse hoc ipso saltem significarem, utque Patronos mei patrocinium contra Adversarios suscepturos mihi compararem. Omnia habet, penes quem est Virtus, inquit Plautus. Omnia item tenet & obtinet, qui Veritatem indagare & indagatam retinere studet. Eam Veritatem me in hoc Opusculo quærere conatum magna ex parte Dei gratia inventam honori vestro, Viri & Patroni Maximi, obtulisse & consecrasse nunquam pigebit nunquam pænitebit, dum memor ipse mei, dum Spiritus hos reget artus. Bene valete. Wittebergæ die Paschatis in hoc anno Christi 1644. à nobis ad Dionysij præscriptum 21 Apr. feriâ primâ in mense secundo impurorum celebrato, qui lapsus cernetur olim in Calendario Gregoriano, Aequinoctio verno in 21 Martij non recte custodito, in anno Christi 2114 & 2171.

M. Reinboldus Franckenbergerus, Hist. Prof. Publ.

QVÆSTIO
PROPOSITA
à
M.LUCA BACKMEISTERO,
Lûnæburgensi.

CUm in splendidâ hac Panegyri, Rector Magnifice, &c. è mandato superiorum aliquid verborum mihi faciendum esset, fateor me primo quidem, quid potissimum eligerem, addubitasse quodammodo, postea vero forte fortuna in Dn. Dionysij Petavij Chronologica scripta sive in libros 13. de doctrina temporum conscriptos incidisse, ac in his & stupendam Autoris eruditionem & simul admirandum Scaligeri & eorum, qui Scaligerum in Chronologia sequuntur, existimationem extenuandi studium & contentionem animadvertisse & deprehendisse. Hinc enim problemata aliquot scoptica potius quam apodictica ejusdem Petavij de doctrina temporum libris præscribuntur, quale est illud Libri 1, cujus problematis hæc sunt verba: Quicquid in toto primo Libro de Emendatione Temporis Editionis utriusq; & in Libro 1. Canonum Isagogicorum c. 7. & l. 3. c. 7. de anno græcorum æquabili ac periodis illorum variis Josephus Scaliger disseruit, id omne falsum & commentitium est. Tale problema Petavij licet mollius est sequens lib. secundo præpositū: Quicquid in Lib. secundo de Emendat. Temp. editionis utriusq; nec non in Isagogicis canonibus l. 1. c. 6. 7.

c. 6. 7. 8. 9. & 10. & l. 3. c. 6. 8. 9. & 10. novum & ad communem ab aliisque traditam doctrinam additum Josephus Scaliger explicavit, id omne falsum aut temere affirmatum & commentitium est. Similia problemata plurá ab eodem Dionysio Petavio aliis aliquot Libris præfiguntur, quæ qui legit, is Scaligero vel sententiam vel rationem vel utrumq; defuisse putaverit. Etsi vero nō sit de nihilo, quod Dn. Dionysius Petavius si non majore saltem non minore eruditione multiplici, quam ipse Scaliger, instructus Chronologiam suam incredibili multorum annorum studio ac labore pervestigatam & confectam Opere isto, quod de Doctrina temp. inscribitur, complexus vel reipsa vel Dionysij Petavij ipsius certe opinione in absolutæ scientiæ formam redegerit, prout ipse Petavius in Epistola Dedicatoria gloriatur: tamen eadem hæc laus eaque cum longè majore veritatis Chronologicæ tam [illegible] quam profanæ studio vero conjuncta Illustris Josephi Scaligeri quoque scriptis neque deest neque denegari potest. [illegible] verus uterque placet, falsus uterque jacet, prout de Aristotelis & Rami controversijs olim quidam dixit. Quod ut magis perspicuum & manifestum evadat, unicum Petavij paradoxon, quod omnem fere Chronologiæ veræ certitudinem evertit, quodque eidem Petavio ad Chronologiæ Scaligerianæ refutationem plurimum conducit, hac vice in proscenium producam, idque in Petavij l. 9. de doctrina temp. c. 6. ita conceptum extat: Annorum inquit, ab orbe condito ad hæc tempora numerus [illegible] tione compertus est, neque citra divinam [illegible] comperiri potest. Errant proinde, addit ibidem Petavius, qui id non modo [illegible] definire audent, sed qui alios insuper, quod ad [illegible] suam aliquid adjecerint vel detraxerint, proterve atque arroganter insectantur. Quibus verbis Scaligerum potissimum notat Dn. Petavius, quem variis in locis incusat, quod, cum suam de annorum ab orbe condito numero sententiam explicasset, ac singula intervalla non malé partitus esset, Chronologis [illegible] [illegible] vel temeritate potius instituat. Idem Paradoxum [illegible] Dn. Petavius non [illegible] in aliis aliquot locis [illegible] de doctrina temp. [illegible], verum etiam in [illegible]

sio [illegible]

rio temporum l. 2. c. 1. his verbis: Annorum numerus, qui ad hanc ætatem ab orbe condito effluxerunt, nullâ certa ratione sed verisimili conjectura colligitur. Multum est dicere, annorum hunc numerum nulla certà ratione colligi: plus est, e conjectura colligi: nimis vero multum est verisimili saltem conjecturà colligi. Hoc fundamento posito & præsupposito, Petavius magnâ fiducia Chronologiam Scaligerianam corrigere conatur, initio facto à primo conditi Mundi anno, quem nullâ certa ratione constituit annum Periodi Julianæ 730. vel potius 731. quemadmodum Natalem Mundi 26tam Octobris diem cujusdem 730. anni feriam primam & quidem Lunâ non novâ sive in Novilunio constitutâ sed Lunâ 15tâ, ut loquitur, & ipso Æquinoctij autumnalis medij tempore, Scaligerum ipsum, quem toties insectatur, manifestè quidem licet non sine errore imitatus, qui & ipse Novilunum & Æquinoctum pariter autumnale primum in primo Mundi anno & quidem in anno Periodi Julianæ 764. in 26. Octobris diem feriam primam conjicit. Unde apparet Petavium paradoxo illo suo fretum Epochæ Mundanæ annos 33. vel potius 34. adjecisse, & loco anni Periodi Julianæ 765. annum 731. pro primo Mundi anno posuisse. Ita Scaliger in sequentibus verbis rectè ita concludit: A conditu rerum ad diluvium annos 1656. absolutos esse ex epilogismis annorum, quibus natalis & mors Adami & posterorum ejus â Mose signata sunt, tam certum est, quam nemo hactenus dubitavit. Diluvium igitur incidit in annum 1657. à conditu Mundi: Hactenus Scaliger. Audiamus de hoc Scaligeri concluso eoque Scripturæ Mosaicæ consentaneo Petavij judicium, quod extat l. 9. de doctrina temp. c. 8: Quod tam audacter, inquit, ac præfractè annos illos, qui è singularum γενεῶν Epilogismis conficiuntur, vertentes ac solidos fuisse Scaliger definit, nimium temere disputat. Nam quis Scaligerum docuit nullas incidere fractiones annorum, neque inchoatos annos, quod alias usitatum est, pro completis haberi? Petavij ergo judicio hoc is præfractè audacter & nimium temere de hoc annorum inter mundi conditum & diluvium interceptorum numero disputat & pronunciat, qui, Græcorum & 70. Interpretum cisternis iisque ipsius Petavij censurà de-

tâ depravatis relictis, limpidissimos Mosaici textus fontes secutus annos à Mose vel potius Spiritu sancto singulis γενεαῖς assignatos pro completis sumit. Similem incertitudinem Petavius in Exodi Israelitarum Epocha introducere conatur, dum ejusdem l. 9. de doctrina temp c, 23. ita sermocinatur: Quoniam temporis illius, inquit, ἀκρίβειαν, quo Israelitæ ex Ægypto migrarunt, Moses prætermisit, integrum cuique videtur, quem velit, diem ac feriam Exodo præfinire, dum & consentanee loquatur, neque cæteros veluti Dictatorio jure (quibus verbis iterum Scaligerum perstringit) suam in sententiam vi ac potestate cogendos esse arbitretur. Ita l. 3. Regum c. 6. v. 1. intervallum annorum inter Exodum & templi Salomonici ædificationem interceptorum expressis verbis à Spiritu sancto 480. annorum constituitur, quem numerum magnum Scaligeriani gratâ mente retinent, & in Chronologia defendunt. At Dn. Petavius eodem suo Paradoxo hic quoque fretus vel potius abusus intervallum idem non 480. sed 520. annorum l. 9. de doctrina temp. c. 23. facit, adeoque 40. annos adjicit. Et licet idem Petavius, ut alia plurima omittam, in Olympiadum, Urbis Romæ, Nabonassaris, Metonicâ, Calippicâ, Alexandræâ, Dionysianâ, Antiochena, Julianâ, Actiacæ victoriæ utriusque, Augustorum, Christi, & aliis Epochis maximam partem profecto initij ratione recte firmandis & in veris & competentibus Periodi Julianæ annis figendis cum Scaligero fere consentiat: tamen in anno Nativitatis Christi vero, in anno primo Ministerij Christi, in Ministerij ejusdem duratione & in anno dominicæ passionis determinandis nimium quantum à Scaligero & Calvisio dissentit. Scaliger partim multis Antiquitatis testimoniis à Baronio quoq; in Annalibus collectis, partim morte Herodis, quæ 9. mensibus Epochæ Christianæ initium antecedit, motus ostendit Epochæ ejusdem Christianæ initium verâ nativitate Christi integro biennio posterius esse. At Petavius ex hoc biennio quadriennium facit. Scaliger ex anno 30. ætatis Christi & è 15to anno Tiberij è Luca desumtis & per historiam Romanam examinatis concludit, quod Salvator noster ministerium inchoaverit in fine anni Epochæ Christianæ 28vi. Petavius licet hujus

hujus anni 28. respectu cum Scaligero ferme consentiat, dum Ministerij ejusdem initium anni 29ni exordio assignat: tamen è Lucæ verbis, quæ extant c. 3. v. 23. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα &c. l. 12. de doctrina temp. c. 5. liquidò constare addit, quod ex ipsis non possit de ætate Christi, cum ad Johannem adiit, certi aliquid erui. Ita idem Petavius dicto l. 12. c. 12. durationem Ministerij Christi primo quidem justo minorem videlicet duorum cum quadrante annorum deinde vero insuper dubiam atque incertam facit: Hoc enim ûnum, inquit, in sacris docemur, Christum anno ætatis 30mo ac Tiberij 15to fere à Johanne baptizatum esse: quot vero postmodum annis prædicaverit, quoque ætatis anno passus sit, nihil expressum legitur. Sic idem Petavius annum dominicæ Passionis sive σταυρώσιμον constituit annum Ministerij Christi 3tium, annum Tiberij 18, annum Christi 31, annum ætatis Christi 35tum & annum Olympiadicum 807. & in ipso Chronologico systemate & l. 13. ad eosdem annos hæc verba ascribit: Christus in crucem sublatus est his annis 23tiâ Martij feriâ 6tâ, Luna 15tâ populari, cum pridie legitimum Pascha cum discipulis obijsset. Quibus & similibus verbis aliis Petavius non tantum determinationem anni Christi 30mi & anni 15ti Tiberij ut & 5. Paschatum in historia Evangelica expressam mentionem dubiam facit, uerum etiam Pascha suû σταυρώσιμον triplex quasi in uno & eodem 31. Epochæ Christianæ anno constituit. Primum enim Petavij Pascha est legitimum, ut vocat, & 22. Martij feria quinta sive die Jovis a Christo & discipulis celebratum: secundum Pascha σταυρώσιμον Petavij incidit in 23. Martij feriâ sextâ sive in diem Veneris in Lunam 15tam popularem, qua Salvator crucifixus est, quemadmodum 3tium, quod quidem Petavius omittit, negare tamen nequit, idque l. 12. c. 16. defendit, in 24. Martij feriam septimam, quod Pascha Judæi traditionibus patrum moti & regulam Badu secuti die Saturni & sabbato magno celebrarunt. Hi sunt illi fructus egregij potiores quidem è Petavij paradoxo nescio quam eudoxo, quod annorum à condito mundo numerus nô certa ratione sed verisimili saltem conjectura colligatur, prognati, quorum primus secundum ordinem præmissum fuit Novi anni Mun-

 di pro-

di productio [illegible], Anni, quo diluvium contigit, falsa con-
sideratio : 3tius Anni Exodici a Mose evidentibus characteribus notati adulteratio & luxatio : 4tus annorum 480. rejectio & au-
ctio : 5tus Novi anni Nativitatis Christi ejusque anni Epochâ Christianâ integro non biennio sed quadriennio prioris excogitatio : 6tus Ministerij Christi abbreviatio, & 7mus atque ultimus Paschatis σταυρωσίμου in alieno Epochæ Christianæ & quidem 31mo anno collocatio. Magna autem hæc sunt & consideratione diligentiore digna Petavij conclusa, quæ si in veritate si in calculo vel sacro vel Astronomico fundata sunt, merito Chronologiam Scaligerianam totam prosternunt & evertunt, sin autem falsa sunt & à calculo eodem imo ab omni vera ratione Chronologica alienissima, tunc nō modo Scaligerianæ Chronologiæ nō officiunt, verum etiam Petaviana omnia suspecta reddunt & efficiunt. Ea autem consideratio diligentior cum & altioris indaginis nec virium meæ opis aut operis sit: ideo tibi, Dn. M. REINHOLDE FRANCKENBERGERE, illam considerationem totam committo & defero, utque eam haud gravatim in te recipere velis, tum meorum Dn. competitorum tum meo quoque nomine peramanter & officiosè rogo.

RESPONSIO.

ETsi, Ornatissime & Doctissime Dn. Magister, Amice dilecte, cui ante omnia ut & Dominis Competitoribus tuis de novis honoribus ex animo gratulor, etsi, inquam, lubentius alios me exercitatiores de hac quæstione differentes audire quam ipse de eadem dicere vellem, quia tamen me, quam neminem, tibi respondere præstat, idque petitio tua honestissima, quam consuetudo antiqua confirmat, flagitat: ideo, eidem petitioni tuæ loco relicto, considerationem illam petitam rudi Minerva instituam, non ut Petavio Chronologo & Astronomo Excellentissimo &, quod Josephus Scaliger in Chronologo requirit, [illegible] μαθημάτων καὶ παντοδαπῆς [illegible] ἀμυήτῳ similibus verbis, qualia Petavius contra Sca-
ligerum

figerum paulo ante usurpabat , occurram, sed ut nudam veritatem pro summa lege habeam, eamque contra falsitatem defendam. Et primo quidem illud in Petavio maximopere videtur laudandum, quod in Epochæ annorum Mundi & aliarum mentione non annorum ante Christum natum vel mundi numeratione obscurâ sed Periodo Juliana utatur, licet eadem ante Christum annorum numeratio in ipso Chronologico systemate Petavij quoque reperiatur. Imo idem Petavius l. 7. de doctrina temporum cap. 8. & 9. & l. 9. c. 1. in omni Scaligeriana temporis doctrina nihil melius Periodo Julianâ esse dicit, quam Scaliger ad Chronologiæ suæ munimentum adhibuerit, nihilque in omnibus Scaligeri scriptis reperiri, quod reprehensionem effugiat, præter hanc Periodum Julianam. Cujus Periodi Julianæ usum insignem ut Petavius melius forsan, quam ipse Scaliger, demonstravit & patefecit: ita Calvisius primus Scaligeri interpres non sine maximo rei suæ Chronologicæ detrimento vel non intellexit vel neglexit, quia nullibi hujus Periodi Julianæ meminit. Deinde vero non tantum admirandum verum etiam dolendum est, summos hos duos in Chronologia Artifices Scaligerum & Petavium, qui, ut commemorabas, in potissimarum Epocharum profanarum puta Olympiadum, Urbis, Nabon. &c. annis in certo Periodi Julianæ anno ratione initij figendis ut plurimum egregiè consentiunt, in annorum Mundi computo è sacris literis desumto inter se adeo dissentire, ipsumque præsertim Dn. Petavium eam certitudinem, quam una cum Scaligero Epochis profanis sartam tectam relinquit, annorum mundi computo denegare. Sit enim magna opinionum in intervallo inter mundi conditum & Epochæ Christianæ initium interceptorum definiendo inter Chronologos aliquot ἀμεθοδεύτους, prout ipse Petavius eos vocat, discrepantia, fueritque Josephus Scaliger in adversariis suis tractandis iisq; ad leges suas Chronologicas astringendis interdum justo vehementior, quæ tamen vehementia ejusdem Scaligeri adversariisquoq; non defuit: nō tamen propterea vel dicendum vel à Petavio concludendum fuisset, quod integrum cuique videatur, quam velit, diem ac feriam non tantū Exodo verum etiam mundi condi-

tui

tui & aliis Epochis sacris præfigere, dummodo consentanee loquatur, neq; cæteros veluti Dictatorio jure in suam sententiam vi cogendos arbitretur. Ut uno verbo dicam, discordiæ hujus inter Scaligerum & Petavium quoad Chronologiam potissimam Sacram maximæ causa potissima est & fuit Calendarium Gregorianum, cujus vitia plurima Josephus Scaliger primus monstravit, quæ etiam Calvisius in Calendarii Gregoriani Elencho egregiè examinavit. Hinc illæ dissensiones hinc illæ discordiæ. Sed videamus, ut ad rem & Petavianam Mundi Epocham jam accedamus, quam consentaneè hic Petavius, dum Scaligero adversatur, loquatur. Scaliger suam Mundi Epocham ita constituit: Mundus, inquit, conditus est (AA) 26. Oct. feria prima in anno Periodi Julianæ 764. cyclo Solis 8. Lunæ 4. & Indictione 14. in initio anni primi in cyclo Sabatico & Jobelæo, & quidem Aequinoctio autumnali & Novilanio mediis in eandem 26. Oct. coincidentibus. Hic characterũ cælestium & civilium situs & dispositus non nisi multis annorum Julianorum Milienariis vel præcedentibus vel sequentibus elapsis recurrit & redit. Petavius suam & aliam Mundi Epocham Scaligerianæ oppositam ita describit: Mundus, inquit, conditus est (BB) 26. Oct. feria prima in anno Periodi Julianæ 730. cyclo Solis. 2. Lunæ 9. Aequinoctio quidem autumnali medio πλατικῶς, ut loquitur in ead 26. Oct. feria prima reperto, quemadmodum ἀκριβῶς in 23. Oct. finiente, Plenilunio vero medio demum 27. Octobris feria secunda subsecuto, quod idem est ac si dixisset: Mundus creatus est non in cycli Sabatici & Jobelæi initio, sed ita ut annus Mundi primus Petavianus sit annus secundus in Sabatico & decimus sextus in cyclo in Jobelæo, quamquam Petavius hanc annorum Sabaticorum determinationem neque admittat neque addat. Hoccine est consentanee loqui? Propositum fuit Petavio talem Periodi Julianæ annum eumque à Scaligeriano diversum pro primo anno Mundi producere & ponere, in quo dies 26. Oct. esset feria prima sive dies Dominica simulque & Luna 15tâ & Æquinoctio medio autumnali prædita. Idque ipsum à Scaligero didicerat Petavius, cujus Scaligeri annus Mundi primus propterea satis laudari nequit, quod omnia & quidem tot &

AA Schol. 1.

BB Schol. 2.

to: & tanta requisita, quæ in aliorum Chronologorum mundi annis primis reperiuntur singula, in illo occurrant universa. Est autem hæc 26. Octobris feria prima Petaviana non Luna 15ta sed saltem decima quarta, quod etiam Petavius innuit, dum 27mæ demum diei Oct. Pleniluniũ mediũ sive Lunam 15tam asscribit. Et licet Petavius in fine c. 6. l. 9. de doctrina temp. addat nihil inter esse, quâ specie primò Luna condita dicatur, præsertim cum de anno, quo revera Mundus creatus est, certo nemini constare possit; tamen utrumque falsum est. Nam primo omnino & maximè inter est, quâ specie & quidem secundum Scaligerum nova Luna primo condita dicatur. Subjicit quidem ibidem Petavius pro conjecturâ Plenilunium defendente consentaneum videri, quod Deus Lunam in eo aspectu ac schemate produxerit, ut infra Plenilunium esset, utque primo totius opificij die 15ta, si tùm foret condita, numerari posset. Sed omnino Novilunium hic Plenilunio commodius est. Sic enim Protoplasti die sexto hoc est 31. Octobris secundum Scaligerum & Petavium creati conspexerunt Lunam paulo ante primam quadraturam corniculatam & sequentibus 8. vel novem diebus singulis lumine usq; ad Pleniluniũ magis magisque auctam. Contra, Plenilunio rerum primordio constituto, protoplasti eandem Lunam primo decrescentem & hinc accrescentem ordine fere retrogrado viderunt. Unde etiam meliores & in Epochæ mundanæ mentione de Lunæ facie & de Planetarum potiorum Solis & Lunæ constitutione solliciti, quales inter alios sunt Laurentius Codomannus & Heinricus Buntingus, Novilunium Plenilunio cum Scaligero præferunt, quia ille Novilunium 4to creationis diei hic primo asscribit. Quod vero Petavius paradoxo illo suo absurdo fretus asserit, quod de anno, quo revera mundus creatus est, certò nemini constare possit, næ ille hoc ipso nõ tantum Spiritui ferme Sancto & Mosi verũ etiam sibi ipsi contradicit & injuriam facit. Spiritus Sanctus utpote omnis ordinis autor singulari consilio in Ecclesia extare & conservari voluit initia mundi & seriem annorum certam omninò non incertã utpote Ecclesiæ ab initio Mundi usque ad finẽ duraturæ testimonium & decus eximium, ne è casu fortuito aut ato-

 mis mun-

mis mundum existere cœpisse credimus, ideoque singularum γενεῶν Patriarcharum inter conditum Mundi & diluvium interque diluvium & Exodum interceptarum certissimam annorum seriem per Mosen in fontibus consignavit. Quod si annus, quo mundus conditus, certo non scitur, incertus etiam erit annus primus Mundi Petavianus, incerta tota Petavii Chronologia Sacra. Et si vel maxime concedamus in primo anno Mundi respectu nostri aliquid incertum videri, quod tamen nunquam poterit probari multo minus â piis mentibus comprobari, modo ad anni Exodici hoc est ad anni Mundi 2453 characteres evidentissimos respiciamus, prout paulo post faciemus, summam primi anni mundi certitudinem deprehendemus. Aut enim idem primus annus Mundi ab Exodi anno annis 2502, aut 2551, aut 2404 aut 2355. distabit, prout 49. annorum numerus toties vel toties annis 2453. fuerit additus vel ab iisdem subtractus. Præterea æquinoctium autumnale medium non cadit secundum Petavium in 24. Oct. feriam primâ sed in 25. Oct. feriâ septimam. Testes sunt hujus rei ipsæ Petavii Aequinoctiorum Tabulæ ab Autore hic quidem citatæ, cæterum neque satis ab ipso Petavio intellectæ, neque sufficienter correctæ, prout suo loco demonstrabo. Cur autem Petavius primum suum Mundi annum hoc est annum Periodi Julianæ 730 Scaligeriano eoq; 764to annis 34 priorem constituerit, causa fuit, quia Petavius hoc loco principii habuit, quod annorum ab orbe condito numerus esset incertus, quodque cuivis eundem numerum pro lubitu suo, dummodo consentanee loquatur, minuere liceat, & quia præcipue Petavio propositum fuit omnia Scaligeri ratiocinia Chronologica & fundamenta, quorum præcipuum est annorum Sabbaticorum & Jobelæorum ædificium & artificium certissimum, evertere, idque ita liceat probare. Totidem annos videlicet 2453, quot Scaliger, â conditu mundi ad Exodum numerat Petavius. Potuisset imo & debuisset Petavius post annos illos, quos contra Spiritus Sancti mentem pro eorundem Exodi & Templi Salomonici intervallo ponit, in eodem, quo Scaliger, Periodi Julianæ anno 3217. inchoare. Sed Artifex justo prudentior de 40. superfluis annis 34. annos conditus Mundi primordio

mordio anteponit, ideoque loco anni Periodi Julianæ 764. mundum anno 730. conditum & loco anni Periodi Julianæ 3217. Exodum anno 3183. contigisse fingit. Est omnino in Chronologico systemate, in quo variarum Epocharum anni expansi inter se comparantur & fere concatenantur, non aliter atque in catena in longum disposita & quasi expansa comparatum. In hac si 34. mēbra in anteriora vel posteriora moventur, reliqua quoq; mēbra omnia simul loco moventur & in antecedentia vel consequentia promoventur. Idem in Chronologico Petavii systemate è Petavij consilio & voto contigit. Quia idem Petavius mundi conditi Epocham per 34. annos in anteriora rejecit, idque per licentiam eam Chronologicam, quam ea ipsa de causa suaserat, & propter nullam causam necessariam fecit, necessariò & subsequentes mundi annos omnes concatenatos quasi 34. in anteriora promovit, & simul Scaligero illud principium, quod primus conditi mundi annus primo Sabatico pariter & Jobelæo anno cæperit, eripere voluit. Licet ergo Exodus Scaligero pariter & Petavio in annū Mundi 2453. incidat, tamen non incidit in eundem Periodi Julianæ annum, qui Scaligero quidem est annus 3217. isque verus Petavio vero 3183. idemque falsissimus. Venio nunc ad annum Diluvij, quem Chronologi saniores omnes constituunt annum Mundi 1656. vel cum Scaligero sequentem 1657, licet ratione Periodi Julianæ eadem, quæ in anno primo Mundi, discrepantia occurrat, quia idem annus Diluvii Scaligero est annus Periodi Julianæ 2420. Petavio annus 2386. Sed Petavius, discrepantiâ hac jam sepositâ, dum in annorum verbi causa ab Adamo ad natum Set 130, à Setó ad Enos 105. Epilogismis fractiones hoc est annos completos & incompletos fingit, non tantum plane singularis est verum etiam Rollenhagio similis. Is enim in verorum mendaciorum libro sequentes nugas evomit. Nos latet, inquit, verum anni tempus, quo quilibet Patriarcha antediluvianus genuerit. Non enim verisimile est, addit, uno eodemque die Patriarchas genuisse. Ergo totius annorum summæ præcisa numeratio nos latet. Sed Rollenhagio Vir admodum Rever. Dn. D. Johannes Behm in Manuductione Chronologica sequentibus

 verbis

verbis pro dignitate & merito respondet. Audis, inquit, finatiscum ingenium cum Mose congrediens. Moses numerum annorum colligere voluit à mundo ad diluvium. Ergo annus, quem Moses posuit, cuilibet Patriarchæ natalis est. Fuerit sane quædam dierum & temporis differentia, propterea tamen totius intervalli ratione annorum certitudo minimè infringenda est vel labefactanda. Sequitur nunc Exodi annus, quem Petavius à Mose vel potius â Spiritu Sancto ἀκριβῶς descriptum esse negat, ἀκρίβεια autem hæc, quam Petavius in Mose Spiritus Sancti amanuensi desiderat, vel ad annorum numerum à mundi conditu ad Exodum elapsorum vel ad anni Exodici characteres spectat. Primo annorum ipse numerus à Mose in fontibus ἀκριβῶς descriptus (CC) est. Hoc enim nisi verum esset, cur Petavius ipse à mundi conditu ad Exodum totidem præcisè annos videlicet 2453. inconpletos, quot Scaliger, non plures non pauciores numerasset? licet Petavius mira astutiâ & initium & finem horum 2453. annorum in longe aliis Periodi Julianæ annis, quam Scaliger, posuerit, & hac ratione Scaligeri de annis Sabaticis & Jobelæis hypothesin dubiam facere tentaverit. Deinde idem Exodi annus characterum quoque Chronologicorum respectu à Mose ἀκριβῶς descriptus est. Characteres autem anni Exodici secundum Scaligerum & veritatem sunt, quod fuerit annus (DD) tertius in cyclo sabatico pariter & Jobelæo utpote annis 47. primo γεωργίας anno & 46. annis primo κληρουχίας anno prior, & quod prima dies Nisan in eodē anno (FF) Exodi fuerit feria quinta sive dies Jovis eaque Novilunio (GG) pariter & Aequinoctio verno mediis insignita. Qui characteres in vero Periodi Julianæ anno 3217. Mosaico, quo Exodus contigit, rectè considerati & constituti tam ἀκριβῶς eundem annum Exodi describunt, ut idem annus Exodi a multis annorum centenariis tam præcedentibus quam consequentibus evidenter discerni possit. At, dicat aliquis, ubi Moses hoc habet, quod anno Exodi sit anno tertio in cyclo sabatio & Jobelæo? Nullibi quidem exprefsè hoc in Mose ponitur, ut licet ...el poni vel positum videatur, quatenus in 7. 49. per 7. & 49. instituta divisione utrobique ternarius relinquitur

CC. Schol. 3.

DD Schol. 4.

FF. Schol. 5.

GG. Schol. 6.

Verun-

Veruntamē hoc argumento licet nō obſcuro jā ſepoſito, quia hoc e Joſuæ c. 14. colligitur, quod primus annus γεωργίας idemque primus incyclo Sabatico & Jobelæo annus ipſum annum Exodi 47. annis ſubſecutus fuerit, vel annus primus κληρȣχίας annis 46, eo ipſo idem Exodi annus in cyclo Sabatico & Jobelæo tertius evadit. At hic character in anuo Periodi Julianæ 3183, quem Petavius Exodo aſſignat, minime reperitur. Eſt enim hic annus Periodi Julianæ 3183. annus quartus quidem in cyclo Sabbatico annus decimus octavus vero in Jobelæo. Sed hanc ipſam anni Exodici luxationem Petavius in manifeſtam Scaligeri & ipſius veritatis Chronologicæ fraudem inſtituit. Et licet idem Petavius hunc calculum ab annis Sabaticis duntaxat ne dicam Jobelæis deſumtum utpote Petavij rationibus plane adverſum l. 9. doctrina temp. c. 26. otioſum & frivolum vocet: tamen Scaliger. l. 3. can. Iſag. p. 282. eundem calculum utpote in Moſe & Joſua fundatum & præterea non tantum ratione vero etiam experientiâ comprobatum pro præclariſſimo in gente Judaica vetuſtatis monumento habet. Ita in eodem Periodi Julianæ anno 3183, eoque Petavij Exodico prima Niſan (HH) èſt quidem feria quinta & 20. Martij, prout Petavius habet. Veruntamen æquinoctium vernum medium die demum 3. Aprilis ſubſecutum fuit, non autem 5. Aprilis contigit, quemadmodnm Petavius contra propriarum ſuarum tabularum teſtimoniū ponit, & ita ſibi ipſi minimè certe conſentaneè locutus contradicit. Quia itaq; Moſes vel potius Deus per Moſen locutus ipſe vidit & prævidit, quod videlicet in anno Exodi eoque Mundi 2453, quē proculdubio peculiariter propterea elegit, prima dies Niſan non tantum feria quinta eſſet, verum etiam Novilunio pariter & Aequinoctio verno medio notata foret, ipſaque Luna feſtivitates Judaicas ſecundum Pſalmum 110. determinatura eſſet, præſertim ſi annorum Sabaticorum & Jobelæorum character ex abundanti accederet, an non Moſes annum Exodicum ſatis ἀκριβῶς deſcripſit? Reſtituat ergo Petavius anno vero Exodico verum in Periodo Juliana ipſaque natura locum, quem non veritatis Chronologicæ Zelo ſed mero Scaligero contradicendi ſtudio variavit, & erit idem annus Exodicus à Moſe accuratiſſimè, prout re-

HH Schol. 9.

ut revera est, descriptus. Nam quod prima dies Nisan in Anno Exodi sit & tunc feria quinta, hac in re non tantum cum Scaligero consentit Petavius, verum etiam ejusdem rei veritatem agnoverunt Laurentius Codomannus in Annalibus & Judæi atque Arabes Christiani longe ante, prout Scal. l. 3. can. Isag. paulo ante citato refert. Sequitur nunc novi Nativitatis Christi anni Petaviana inventio. Josephus Scaliger partim ex Actiacæ victoriæ

II. Schol. 8. (II) Ægyptiorum anno 28, cui Clemens Alexandrinus in stromatibus eandem Nativitatem Christi ascribit, partim è Cornelii Lentuli & Messalæ consulatu, quem Cassiodorus in hoc negotio exprimit, partim ex anno Epochæ Constantinopolitanæ completo 5506, quo Georgius Cedrenus annum Nativitatis ejusdem notat, partim ex anno Olympiadico 754. in quem annum Eusebius & ex Eusebio Baronius in Annalibus Nativitatem Christi conjiciunt, partim denique, ut quædam omittam, ex Herodis morte, quæ secundũ Josephum paulo ante Pascha & paulo post Eclipsin quandam Lunarem in anno Juliani 45. decimam diem Januarii incidentem contigit, ex his, inquam, & alijs testimonijs Scaliger concludit Salvatorem optimum maximum natum esse anno Juliano 43. hoc est anno Periodi Julianæ 4711. finiente uno scilicet anno & 3. mensibus ante mortem Herodis, id quod cũ historia infanticidii, in quo ad bimulos respectum fuit, non male convenit. Quid hic agit Petavius? Vidit omnino & æquè certò, atque Scaliger, scivit Epocham Christianã, quæ novem demũ mensibus post mortem Herodis secundum Scaligerum incipit, cum tamen Herodes idem Christo nascente adhuc vixerit, â nativitate Christi aberrare. Unde idem Petavius l. 12. de doctrina temp. c. 5. de Scaligero & Calvisio ita censet: qui quod biennio, inquit, ante vulgarem Epocham Christianam ortum esse Dominum existimant, tolerari a nobis possunt. Id enim magnis quoque Viris inprimisque Baronio placuisse paulo ante vidimus. Sed cum hoc ipsum Scaliger & Calvisius è Lucæ verbis necessario colligi putant, & dissentientes omnes vitiis & maledictis onerant, id illos iniquè facere in hoc capite convincam. Hactenus Petavius. Cum ergo hic Petavius à Scaligero in eo, quod is Epocham Christianam eandem 2. annis & 9.

mensibus,

mensibus, Christo non in Decembri sed Septembri nato, verâ Christi nativitate serius incipere demonstrat, per licentiam suam Chronologicam dissentire non propter sententiæ Scaligerianæ falsitatem sed propter conviciorum & maledictorum atrocitatem decrevisset, loco prioris Eclipsis Lunaris, per quam Scaliger mortem Herodis primus investigavit, astutè aliam Eclipsin Lunarem venatus eam (KK) in 13. Martii anni Juliani 42. & in anno Periodi Julianæ 4710. invenit, Herodem in eodem Martio finiente mortuum, & proinde Christum in fine anni Juliani 41. & anni Periodi Julianæ 4709. præcedentium 25ta Decembris die & quidem 3. mensibus duntaxat ante ejusdem Herodis mortem natum esse concludit. Videamus jam, quam consentaneè Petavius hic loquatur. Primo tolerare se potuisse dicit Scaligeri & Calvisij sententiam, dummodo alios, qui à Scaligero dissentiunt, conviciis ac maledictis non onerarent non onerassent. Quibus certe verbis Petavius Scaligeri conclusum idque Baronii placitis consentaneum tacite probat. Veritas ergo pura a Petavio retinenda fuisset, convitia & maledicta Scaligeri humanitati ascribenda & condonanda vel certè suo loco relinquenda erant. At ubi Scal. & Calvisius è solis Lucæ verbis (LL) Epochæ Christianæ erroram evincunt? Supra & paulo ante certe longè alia & majora rationum pondera, quæ errorem eundem demonstrant, è Scaligero producta & præmissa fuerunt, quæ quia per Lucæ verba vel declarata vel confirmata in manifesto promtu sunt, Petavio vero quadriennium inter Epocham Christianam & Christi nativitatem interiectum loco biennij introducenti plane desunt, omnino Scaligerianæ sententiæ veritatem invictam ostendunt. Sed natus fuerit Salvator in fine anni Juliani 41mi. Ergo secundum Petavium natus est anno Actiacæ Ægyptiorum victoriæ 26. anno Epochæ Constantino politanæ 5504. completo & 5505. ineunte, anno Olympiadico 772, & Anno Urbis Varroniano 749. non Lentuli & Messalæ sed ipsius Augusti & Cornelij Syllæ consulatu notato. At hoc est contra Clementem Alexandrinum, Cassiodorum, Georgium Cedrenum, Eusebium ipsumque Baronium. Et licet idem Petavius in systemate Chronologico Herodem anno Julia-

KK. Schol. 9.

LL. Schol. 10.

no

MM.Sch. 11. no 42do, 37 (MM) scilicet annis à Judaico regno Romæ anno Juliano 6to in exilium accepto expletis, secundum Josephum mortuũ esse dicat: nemo tamẽ 37. sed saltem 35. annos acquiret, qui 6. annos Iulianos à 41. annis Iulianis completis subtrahet, vel potius 35. annos & 9. menses, si rationes exactè habeantur. Ex quo apparet à Petavio, siquidem 37. annos Iosephi Herodianos retinere velit, in morte Herodis in anno Iuliano 42. quærenda & constituenda & proinde in Christi Nativitate quoq; in anno Iuliano 41. finire collocanda insigniter erratũ esse, & proinde Herodem secundũ Scal. & Calvisiũ potius anno Iuliano 45. vere mortuum, ipsumq; Christum anno Iuliano 43. vere natum esse. Adde (NN) quadriennij

NN. Sch. 12. solidi inter Epochæ Christi initium & nati Christi primordium secundum Petavium hac ratione intercepti magnitudinem utjusto majorem, prout etiam Baronius prudenter vidit, ita posse multa absurda in Chronologico ejusdem Petavij Systemate causantem & efficientem, ut Herodes mox 3. post Christum secundum

1. Petavium in fine Decembris anni Iuliani 41 natum mensibus mortuus sit, quod certe cum infanticidij historia Evangelica paulo ante citata non convenit, in qua ad bimulos respectum fuit, ut Salva-

2. tor anno Tiberij 16to baptizatus sit, prout ipse Petavius expresse addit, cum Lucas non 16tum sed 15tum posuerit, ut, Christo secun-

3. OO. Schol. 13. dum Petavium anno Epochæ Christianæ 29no (OO) ineunte baptizato & anno 31mo crucifixo, Ministerium Christi per duos cum quadrante annos tantummodo duraverit, hoc est, ut Christus 3. solũmodo Paschata, Ministerio durante, peregerit, cum tamen

4. PP. Schol. 14. 5. Paschatum, hoc est 4. annorum solidorũ mentio in historia Evangelica habeatur, ut idem Salvator hac (PP) ratione passus sit anno Olympiadico 806, cum tamen secundum Phlegontis egregij Olympiadum supputatoris indicium passus sit anno Olympiadico 808vo: idquod Petavius odoratus, ne adeo enormiter Phle-

QQ. Sch. 15. 5. gonti contradicere videretur, Passionem dominicam anno Olympiadico 807mo non tantum sine ratione verum etiam contra propriam [illegible] asseribit, & denique, ut (QQ.) idem Salvator, cum ministerium iniit, non 30. annorum secundum Lucam sed 32. annorum completorum extiterit, quod nemo hactenus statuit,

cum

cum tamen ſupra ſecundum Lucam ab ipſo *Petavio* citatum baptizatus ſit anno ætatis 30mo. Quæ omnia non modo mirabilia ſunt verum etiam monſtri ſimilia, adeo ut valde dubitem, num *Petavius* Vir tantus ſeriò ita ſtatuerit, & an non potius Bodinum, qui, dum patrum memoriâ quartam Germanorum Monarchiam negavit, aures Germanorum duntaxat tentavit, an non potius, inquam, Petavius Bodinum imitatus hoc ipſo, quid Scaligerianorum aures ferre poſſent, experiri voluerit. Conſideranda nunc ſeorſim eſſet Miniſterii Chriſti *Petaviana* abbreviatio, cujus paulo ante facta eſt mentio, quam abbreviationem quia falſus *Petavii* annus σταυρώσιμος cauſatur, ideo, ubi de hoc actum fuerit, ſimul de abbrevatione illa, quod injuſta ſit, actum erit. *Primo* hoc loco principii Scaligero & Calviſio eſt, quod tempore Chriſti Calendarium Alexandræum & maxima exparte Calippicum in Eccleſia Judaica fuerit uſitatum utpote Calendarii Judaici in ſpecie ita dicti & paulo poſt Conſtantini M. tempora demum à Iudæis facti materia quaſi & principium, quodque ſecundum hoc Calendarium Alexandræum *Paſcha* ſive *Plenilunium Paſchale* tempore *Paſſionis* Dominicæ inciderit Judæis in diem Saturni ſive feriam 7mam, & econtra idem Paſcha ſecundum Lunarem motum & Moſis præceptum Chriſto & diſcipulis ejus in diem Veneris ſive feriam 6. Hoc enim niſi verum eſſet, cur Chriſtus die veneris à 6ta hora veſpertina præcedentis diei Jovis, prout nos Chriſtiano & Romano more à media nocte dies numeramus, inchoatâ agnum *Paſchalem* cum diſcipulis veſperi comediſſet, & eâdem die Veneris nondum finita crucifixus & tanquam verus agnus *Paſchalis* mactatus fuiſſet? Cur eadem dies Veneris παρασκευή extitiſſet? Cur ſequens dies Saturni magnum Sabbatum vocata eſſet? Cur denique Judæi alio, quam Chriſtus, die & quidem Saturni *Paſcha* celebraſſent? Unde ſequitur, quod is, qui Paſcha σταυρώσιμον vel quærere vel quæſitum producere vult, tale Paſcha in Tiberij, Epochæ Chriſtianæ, Iuliano, Alexandræo & annis competentibus & convenientibus producere teneatur, quod ſecundũ leges Moſaicas in feriam 6tam ſive in diem veneris & ſecundũ Calendarij Alexandræi regulas veras in diem

Ante omnia pro meliore hujus calendarii Judaici ad imitationem Cavisiani, quod c.12. Isagoges extat, feriarum mentione ob causā in scholii 1.§.1. præmissam omissa, compositi usu notandū est, quod eadem regula de die completa & incompleta in Syzygiarum Calvisianis & nostris & in Aequinoctiorū tam Calvisii quā Petavii tabulis supra tradita itidem hic & quidem tam in Calvisii quā nostro calendario sit necessaria. In anno igitur Epochæ Cōstantinopolitanæ 4013 Mundi 2454. & Judaico 2265. ineuntibus prima Tisri est dies à cal. Januarij 270. (269na enim dies utpote cyclo Solis 25. sumitur hic pro completa; & proinde 270. dies subintelligitur) & quidem cyclo Solis 25. feria septima. Invenitur autem hic cyclus Solis 25, si 2265 anni Iudaici recta per 28. dividantur. Sex Lunationibꝰ Iudaicis subtractis, manent pro Novilunio Nisan Paschali Astronomico annorū præcedentiū 4012. 2453. & 2264. 92. d. completi 17. h. ab occasu Solis sive à sexta vespertina more Iudæorū numeratæ vel 11. à Media nocte & 552. /. Si 1. Tisri & Nisan Iudaicæ Politicæ indagādæ essent, tunc 1. dies Tisri primò foret dies à cal. Ja. 270. feria septima, hinc propter 21. horas adhærentes dies 271. feria 1. & tandem propter adu dies 272. feria 2: unde, 177. diebus & ferijs 2. à 272. d & 2. f. subtractis, prima Nisan Politica evaderet dies à cal. Ianuarii 95. 4. Apr. feria septima. Sed ut pateat, quomodo operatio hæc è nostro calendario Iudaico desumta cum operatione è calendario Iudaico Calvisiij, quod dicto c. 12. Isag. extat, desumenda vel conveniat vel non conveniat, ideo eam quoque addemus.

Per

Anni Judaici	d.	f.	h.	/
61	276	3	22	10
2204 A	7	3	0	100 S.
2265	269 cōpl.	7	21	990
6. Lunationes	177	2	4	438 S.
	92 cōpl.	5	17	552

Eadem quidem per calendarium Judaicum Calvisii, modò rectè intelligantur, quæ per nostrum, proveniunt: sed quod dies 269 ut & 92da non pro incompleta sed pro completa utpote cyclo Solis 25. anno Judaico 2265. ratione prioris quadrantis & anno Periodi Julianæ 3217 ex asse competente in anno bissextili sit sumenda, quod feria septima, quæ provenit, pro feria sexta diei 269 competente sit posita, quodque feria quinta diei 93tiæ competens pro quarta sit locata, ubi Calvisius hoc unquam exposuit? Quomodo Lector aliis δοκιμασίας remediis destitutus ex his dubiis se expediet?

§. 2. Præterea optimus Calvisius in Judaicorum & Christi annorum concatenatione, quæ in altera parte tabulæ calendarii ejusdem Calvisii additur, & in qua annus Christi 39 cum anno Judaico 3800, annus Christi 115. cum anno Judaico 3876. &c. conjunguntur, in manifesto errore deprehenditur, quem errorem tamen Calvisius in Calendarii Gregoriani Elencho postea correxit. Hic n. annum Christi 1609. facit annum Judaicum 5369, & proinde annum primum Christi annū Judaicum 3761 Hujus erroris se quoque participem l. 7. de doctrina temp. c. 17. fecit Dn. Petavius. Ibi enim regulam hanc ponit: Annis Christi adde 3761. annos, conficies annum Judaicum: quem errorem etiam in toto suo calendario Judaico l. 7. de doctrina temp. c. 17. constanter repetit. Non enim 3761. sed tantum 3760 anni sunt addendi, qua in sententia Dn. D. Beum in tabulis Epocharum elegantissimis habeo ὁμόψηφον. Ibi enim primum Epochæ Christianæ annum cum anno Judaico 3761, 3[illegible] cum 3709 & 115. cum 3875to rectissime colligavit. Sed & ipse

Scal,

Scaliger l.1 Can.Isag.c.5.eandem regulam non sine contradictione apparente constituit. Nam econtra l.2. Can.Isag.c.1.in nobilissimo temporis historici Epocharum catalogo dicit, quod à capite Periodi Julianæ nostræ ad Æram Judaicam elapsi sint anni 952.completi & 279.dies, qui ab annis Per.Julianæ 4713. completis ad initium Epochæ Christianæ secundum Scaligerum pariter & Petavium elapsis subtrahendi & subtracti relinquunt annos completos 3760.& 87 dies: unde primus Epochæ Christianæ annus jure manifesto fit annus Judaicus 3761.non autem 3762.

§. 3. Dicat autem hic aliquis: quid nobis cum Calendario Judaico à Christi percussoribus & hostibus confecto? Ego vero ingenuè fateor, & magnum ejusdem Calendarii Judaici artificiosissimi debitâ perspicuitate propositi & ad simplex syzygiarum Lunarium & Paschatis συνευρωσίμου & ἀναστασίμου negotium accommodati in tota Chronologia oculis Astronomicis aspicienda usum esse arbitror, quo Calendario Judaico in Chronologia cum bono Deo propediem edenda propterea sæpe & fere semper loco δοκιμασίας utor & utar, prout paulo post uno atque altero exemplo periculum facere & eundem usum monstrare conabor. Similem calendario Judaico laudem in sequentibus verbis Illustris Scaliger tribuit in Prolegomenis Libr.de Emend.Temp.p 9: Nulla, inquit, Lunaris civilis anni ratio iniri potest præter eam, quâ Judæi utuntur. Huc pertinent sequentia Scaligeri verba, quæ extant l.5.de Emend. Temp.titulo: De Epocha Judaica pag.362: Jure gloriabantur Judæi temporibus Constantini Magni Christianos frustra aucupari doctrinam celebrandi Pascha, nisi Judæi facem illis allucerent. Justa enim fuit illa jactatio, & quam Christiani minime negligere debebant. Hactenus Scaliger. Cæterum debitam illam perspicuitatem in Calendario Judaico tã Scaligeri & Calvisii quam ipsius Petavii quoque desiderari, eamque in Calendario Judaico paulo ante in 2. tabulis pro sola syzygiarũ nõ autẽ Tekuphar ũ Addæ inveniendarum ratione comprehenso & simplicissimè, hoc est, non mero Judæorum sed Astronomico quoq; more proposito manifestè contineri quilibet expertus fatebitur. Quod si Calendarij Gregoriani conditores debitam calendarii Judaici cognitionem sibi comparassent,

G

ſent, nunquã forſan, et alios errores, in quos ratione Solaris & Lunaris motus inciderunt, jam non attingam, Paſcha ἀνασάσιμον & Christianum cum Paſchate σταυρωσίμῳ & Judaico confunderent, & Paſcha Gregorianum cum Iudæis una & eadem die videlicet 9. Apr. feria prima Juliana vel 19. Aprilis f. 1. Gregoriana Anno Christi 1609. celebraſſent: id quod breviter ita demonſtro.

§. 4. Paſcha hoc anni Christi 1609. Gregorianum cum Paſchate Judaico in eadem die contra canonem ſecundum concilii Niceni coincidens prolixè conſiderat Calviſius in cap. 19. Elenchi, in qua tamē conſideratione meritò aliquis nō veritatē ſed perſpicuitatem deſideraverit. Primo Paſcha hujus anni Dionyſianum ſimulque Nicenum hoc eſt ad Concilii Niceni mentem a Dionyſio Exiguo ordinatum eſt 16. Apr. f. 1. Juliana vel 26. Apr. f. 1. Gregoriana. Deinde Paſcha Judaicum tam Aſtronomicum quam Politicum ſecundum ſubſequentem calculum e præcedentibus calendarii Judaici tabulis deſumendum eſt 9. Apr. feria prima Juliana ſive 19. Apr. feria prima Gregoriana. Ante omnia autem quærenda eſt 1ma Tisri Anni Iudaici 5370 mi in anno Christi 1609. cyclo Sol. 22. gaudentis.

I. Per Calendarium Judaicum noſtrum

Ep. CPnæ	Mundi	Per Iud.	Al.	Iul.	Ch.	d	h		
50	50	50	50	50	50	278	18	162	
7068	5509	5320	1871	1665	1560	A 16	21	800	
7118	5559	5370	1921	1655	1610	261	20	442	
6. Lunationes Judaicæ						177	4	438	S.
Prima Niſan Iud. A. Christi 1609 Aſtron.						84 inc.	16	4	
Dimidia Lunatio ex eadem Tabula déſumta						14	18	396	
15ta Niſan Aſtronomica Iud. ejuſdem Anni						99 inc.	10	400	

2. Per

 Per Calendarium Judaicum Calvisii.

Anni Iud.	Anni Christi	d	f	h	/
50	50	278	5	18	162
5320	1559 A	16	2	21.	800 S.
5370	1609	261 inc.	2	20	442
6. Lunationes Iudaicæ		177	2	4	438 S
prima Nisan A. Christi 1609.		84 inc.	7	16	4
Dimidia Lunatio Iudaica		14	7	18	396 A
15ta Nisan		99 inc.	1	10	400

Prima Tisri anni Judaici 5370 in anno Christi 1609. est dies à cal. Januarii 261ma f.2, prima Nisan Judaica in eodem quidem Christi anno 1609, in anno a. Judaico 5369, quem annum etiam Calvisius in Elencho ponit, est dies à cal. Jan. 84. 25. Martii f.7. Juliana vel 4. April. f.7. Gregoriana, quemadmodum 15ta Nisan vel 14ta Luna Gregoriana vera dies a cal. Januarii 90. 9. Apr. feria prima Juliana vel 19. Apri. feria prima Gregoriana & ipsum Pascha σταυρώσιμον Judaicum. Vnde à Dionysio hac in parte Gregorianis prudentiore Pascha ἀναστάσιμον Christianum & Nicenum recte collocatum est in 16. Apr. feria 1. Juliana uel in 26. Apr. f.1. Gregoriana. Eadem ima & 15ta Nisan sequenti quoque calculo per tabulas Syzygiarũ in jisdem diebus invenitur,

I. Per Tabulas Syzygiarum nostras

Ep. CP.	M.	P.	Iud.	Al.	Iul.	Ch.	d.	h.	/	//	S. L.
49	49	49	49	49	49	106	22	39	20	10	14
7068	5509	5320	1871	1605	1560 A	22	15	41	42	16	0 S
7117	5558	5369	1920	1654	1609	84	6	57	38	22	14
Dimidia Lunatio						14	18	22	2		
Differentia dierum Politicorum							6				
Differeutia Meridiani Lipsiensis & Hierosol.							2	13	0 A.		
15ta Nisan Tychonica Anni 1609.						99	9	32	40	22	14
3. menses Iuliani in anno communi						90			S.		
Aprillis dies currens						9.	9	32	40	22	14

2. Per

Anni Mundi	Anni Christi	d	f	h	/	//	S.	L	
10	10	102	6	1	43	52	18	14	
5548	1599 A	17	5	18	46	17	24	0	S.
5558	1609	84 inc.	7	6	57	35	22	14	
Dimidia Lunatio		14	7	18	22	2			
Differentia dierum & Merid.				8	13	0		A	
15ta Nif. Tych. A. 1609.		99. inc.	1	9	32	37	22	14	

Secundum Tabulas utrasque prima Nisan Tychonica est dies à cal. Januarii 84. 25. Martii feria septima Juliana vel 4 Apr. feria septima Gregoriana, & 15ta Nisan. sive 14ta Luna Gregorianorum dies 99. 9. Apr. feria prima Juliana vel 109. dies 19. Apr. feria prima Gregoriana, & proinde Pascha Christianum secundum Dionysium Exiguum & concilii Niceni decretum optimo ordine certè longè, quam à Gregorianis toto decennio magnis sumptibus ad hoc conductis factum est, meliore constitutum est in Dominica proximè sequenti videlicet in 16. Apr. feria prima Juliana hoc est in 26. Apr. feria prima Gregoriana. Denique Pascha Anni Christi 1609 Gregorianum secundum sequentem operationem ex Elencho Calvisii desumptam est eadem 9. Apr. feria prima Iuliana vel 19. Apr. feria prima Gregoriana hoc est ipsum Plenilunium Paschale Iudaicum & σταυρώσιμον supra inventum.

An. Chr.	cycl. Sol.	cycl. Lu.	Lit. E pact.	Dies Exemt.	
9	18	10	0	0	
1600	24	4	D	10	A
1609	14 D	14	D	10	

Additione peracta, prodeunt annus Christus 1609. cyclus Solis 14, qui in cyclo solis Dionysiano habet literam D, cyclus Lunæ 14, Litera Epactarum D, & 10. dies Exemtiles. Cyclo Solis 14 & literæ

ſiteræ D reſpondent 24, & huic numero appoſita eſt 18. Apr. tanquam 14ta Luna & Plenilunii medii dies, quæ 18. Apr. habet C. Si jam D eſt litera Dominicalis, & 18va Apr. tanquam 14ta Luna & Pleniluniũ apparens (genuina enim 14ta Luna eſt 19. Apr.) habet C, hæc 18. Apr. certe eſt feria ſeptima, & proinde Paſcha Gregorianum eſt dies Dominica proximè ſequens 19. Apr. feria prima Gregoriana ſive 9. Apr. feria prima Iuliana, quæ tamen ſimul & verius eſt 14ta Luna ſive 15ta Niſan & ipſum Paſcha Iudaicum & σταυρώσιμον. Calviſius in cap. 19. Elenchi non per primam Tiſri Anni Iudaici 5370. ſequentem ſed per primam Tiſri anni Iudaici 5369. præcedentem Paſcha Judaicum & σταυρώσιμον Anni Chriſti 1609. indagat.

§. 4. Sed quemadmodũ Calviſius idem Anni Chriſti 1609. ejuſdem Paſcha Gregorianum meritò taxat: ita econtra immeritò Paſcha Gregorianum Anni Chriſti 1622. ibidem reprehendit, idque cum Paſchate Iudaico in eadem 17. Martii feria prima Juliana vel 27. Martii feria prima Gregoriana coincidiſſe contendit. Melioris intellectus ergo ſequentem calculnm adjicere juvabit.

1. Per calendarium Judaicum noſtrum

Ep. CPæ.	P. Iul.	M.	Per.	Iud.	Æl. Iul.	Chr.	d.	h.	ʹ
63	63	63	63	63	63	63	255	15	682
7068	6273	5509	5320	1871	1605	1560	16	21	800 S.
7131	6336	5572	5383	1934	1668	1623	238 inc.	17	962
quinq; cum dimidia Lunationes Iudaicæ							162	10	41 S
Paſcha Iudaicum Aſtronomicum ſive 15ta Niſ. 1622							75	inc. 7	921
2 Iuliani menſes							59	S	
Martii dies currens							17	7	921

2, Per

Anni Iud.	Anni Christi	d	f	h	l
63	63	255	5	15	682
5320	1559.A	16	2	21	800 S.
5383	1622	238	inc.2	17	962
5. cum dimidia Lunationes		162	1	10	41
Plenilunium Iud. Martii		76	inc. 1	7	921
2. menses		59			S.
Martii dies currens		17	1	7	921

Prima Tisri Anni Iudaici 5383. ineuntis, pro quo Calvisius in dicto c. 19. Elenchi annum 5283. per sphalma ponit, est dies â cal. Ian. 238, quæ in anno Christi 1622. cyclo Solis 7 necessariò est feria secunda, quemadmodum 15ta Nisan Astronomica Iudaica est dies à cal. Januarii 76. 17. Martii f. 1. Iuliana vel 27 Martii feria 1. Gregoriana. Si annus Judaicus præcedens 5382. & die à cal. Januarii 249. feria quinta incipiens embolimæus esset, tunc batutacphad e die inventa 238va feria secunda diem 239. f. 3. faceret. Unde, 163. d. 2. f. à 239. d. & 3. feriis subtractis, & 76. d. 1. f. relictis, Pascha Iudaicum Politicum Anni Christi 1622. & anni Iudaici 5382. dies â cal. Ianuarii 76ta 17. Martij f. 1. Iuliana hoc est dies 86. 27. Martii f. 1. Gregoriana evaderet, & Pascha *Politicum* cum Astronomico in 17. Martii coincideret. Quia autem batutacphad jam locum non habet, ideo Calvisius hic non parum errat, dum *Pascha* Anni 1622. Iudaicum *Politicum* in hac 17. Martii feria prima Iuliana vel 27. Martii feria prima Gregoriana, in quam *Pascha* Anni Christi 1622. Gregorianum incidebat, collocat. Nam iisdem 163. diebus & 2. feriis â 238. diebus & 2. f. subtractis, manent tantum 75. dies & 0 feria sive feria septima hoc est. *Pascha* Iudaicum *Politicum* idem est dies â cal. Ianuarii 75ta 16. Martii feria 7. Iuliana hoc est, dies 85ta 26. Martii feria septima Gregoriana, & proinde *Pascha* Gregorianum Anni Christi 1622. in 17. Martii feria prima Iuliana vel in 27. Martii feria prima

prima Gregoriana utpote in Dominica post *Pascha* Iudaicum Politicum non autem post *Pascha* Iudaicum Astronomicum proxime sequente constitutum ratione secundi Canonis Niceni non est vitiosum, licet de Concilii Niceni sententia & decreto, cujus tamen concilii tempore ipsum Calendarium Iudaicum in specie ita dictum nondum compositum fuit, genuinum *Pascha* foret & esse deberet 24. Martii feria prima Iuliana vel 3. Apr. feria prima Gregoriana, & proinde in hujus *Paschatis* Gregoriani in 17. Martii f.1. Iuliana & 27. Martii f.1. Gregoriana collocatione â Gregorianis nihilominus 7. diebus abberratum esset, quemadmodum â Dionysio Exiguo idẽ *Pascha* in 21. Apr. f.1. Iuliana vel 1. May f.1. Gregoriana collocante 28. dieb9. *Prætere*a ipsa 14ta Luna hujus Anni 1622. Gregoriana videlicet 26. Martii f.7. Gregoriana vel 16. Martii feria septimâ Iuliana non tantum per præcedentem duplicem operationem è Calendario Iudaico desumtam, in qua dies â cal. Ianuarii 76. eaque cyclo Solis 7. feria 1. 7. horæ et 921, / hoc est, 17. Martii feria prima Iuliana vel 27. Martii f.1. Gregoriana inventæ sunt, verum etiam per tabulas syzygiarum tam nostras quam Calvisii manifeste falsa existit.

1. Per Tabulas nostras.

	Ep. CP.	M.	Iud.	Æ.	Iul.	Chr.	d.	h.	/	//	S.	Lu.
	62	62	62	62	62	62	83	20	7	43	23	8
	7068	5509	5320	1871	1605	1560 △	22	15	41	42	16	0 8
	7130	5571	5382	1633	1667	1622	61	4	26	1	7	8
Dimidia Lunatio							14	18	22	1		
Differentia dierum & Meridianorũ								8	13	0	△.	
Plenil. Paschate Mosaicum & Tychon.							76 inc.	7	1	3	7	8
2. mensis Iuliani							59			8.		
martii Iuliani dies currens							17	7	1	3	7	8

2. Per

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisij.

A. Mundi	Anni Chr.	d	f	h	/	//	S. L.	
23	23	108	7	11	56	18	3	8
5548	1599	17	5	18	46	17	24	0S
5571	1622	90	1	17	10	1	7	8
Dimidia Lunatio		14	7	18	22	2	S.	
Plenil. Pasch. Lipſ. factũ 75 inc.		7	22	47	59	7	8	
Differentia dierũ & Meridianorũ			8	13	0	A.		
Plen. Paſch Hierſ. factũ 76 inc.		1	7	0	59	7	8	

In hac operatione videre eſt, quod Calviſius 90mæ diei Novilum Paſchale remotum loco 61mæ diei poſuerit, ubi tamen res eodem redit. Nam genuina 14ta Luna ſive Pleniluniũ Paſchale non eſt dies à cal. Ian. 75. 16. Martii feria ſeptima Iuliana vel dies 85. 26. Martii feria 7ma Gregoriana ſed eſt dies à cal. Iannarij 76. 17. Martii f. 1. Iuliana vel dies 86. 27. Martii f. 1. Gregoriana: quod erat demonſtrandum. Verum ergo Paſcha Nicenum & ἀναστάσιμον eſt 24. Martii feria prima Iuliana vel 3. Apr. feria prima Gregoriana. Chriſtophorus Clavius quidem affirmat, quod in Calendario Gregoriano motus Lunaris uſque ad annum Chriſti 8200. ſe recte habeat. ſed vehementer errat, idque Anni Chriſti 1609ni & 1622di 14tæ Lunæ falſæ evidenter probant. Talis falſa 14ta Luna Gregoriana in An. Chr. 1807. eſt 22. Martii f. 1. Gregoriana vel 10ma Martii f. 1. Juliana loco 24tæ Mart. f. 3. Gregorianæ vel 12. Mart. diei f. 3. Julianæ, in an. Chriſti 1724to 9. Ap. f. 1. Gregoriana vel 29. Martii f. 1 Juliana loco octavæ Aprilis. feriæ ſeptimæ Gregorianæ ſive loco 28. Martii feriæ ſeptimæ Iulianæ, in anno chriſti 1114. 18va Apr. feria quarta Gregoriana ſive 4. Apr. feria quarta Iuſiana loco 20mæ Apr. f. 6. Gregorianæ ſive loco 6. Apr. feriæ ſextæ Iulianæ, in anno Chriſti

Christi 2171 itidē 18va Apr. f. quinta Gregoriana sive 4. Apr. feria 5. Iuliana loco 20mæ Apr. f. 7mæ Gregorianæ sive loco 6. Apr. feriæ septimæ Iulianæ, & denique in anno Christi 10319 eoq; minimè vel optando vel sperando 29. Martii feria septima Gregoriana vel 12. Januarii feria septima Iuliana loco 31mæ Martii feriæ secundæ Gregorianæ vel loco 14tæ Januarii feriæ secundæ Iulianæ positæ. Atque ego in his exemplis errores duntaxat ratione motus Lunaris commissos refero, & ad motum solarem jam non respicio, contra quem in calendario Gregoriano, dū Plenilunium Paschale remotū loco propinqui aliquoties ponitur, itidem peccatur. De quibus ut & aliis ejusdem calendarii Gregoriani erroribus pluribus totaq; ejus structura ad Scaligeri & Calvisii ductum & quidem ipsius Calendarii Judaici adminiculo non postremo multis egi in ipsa Chronologia.

§. 6. Citat hic Dn. Petavius l. 5. de doctrina Temp. ejusq; libri Epilogo sequens elogium à Dn. Nicolao Mullerio celeberrimo nostri temporis Astronomo ipsi Calendario Gregoriano ob subsequē tes rationes tributum, eoque elogio nullum insignius & præstantius vel à Gregorio XIII. vel à Clavio requiri posse putat, quod videlicet (primo) Pascha Gregorianum cum Patrum placitis ut plurimum consentiat, & (2) perrarò per tabulas Astronomicas emendatius dari queat, quod (3) Cycli Paschalis emendatio Gregoriana accuratissima existat, quodque (4) exactior methodus cyclica, quæ videlicet non è Tabulis Astronomicis sed ex Epactarum cyclo ætatem Lunæ venetur, excogitari nequeat. Sed aliud profectò est ut plurimum consentire, longe aliud plane non dissentire. Ita licet Pascha perrarò verbi causa in uno annorum Christi Centenario semel duntaxat per Tabulas Astronomicas Gregoriano Paschate emendatius dari posset, tamen, si vel in 100 vel 200. annis saltē semel daretur, nihilominus inveniretur: & datū atque inventum de Calendarii Gregoriani vitio testaretur. Quam exacta autem methodus cyclica Gregoriana sit, aliquot decimæ quartæ Lunæ vel Plenilunia Paschalia in 1609. 1622, 1807, 1724, 2114 2171 & 10319 Epochæ Christianæ annis paulo ante prolatæ mōstrant. Denique an non exactior methodus cyclica vel à Gregorianis & præsertim à Christophoro Clavio Mathematico & Astronomo Cla-

tissimo, modo hic primo Reformationis initio affuisset, & operi huic maximo toto decenio præfuisset, vel ab Illustri Scaligero vel a Calvisio denique aliisque excogitari & inveniri aut potuerit aut possit, adhuc sub judice lis fuerit. Si vero eandem methodum cyclicam exactiorem in hac vita plane non & nunquam inveniri in fatis est, certe hoc ipso Deus nos monet, ne ad Monachorum ignavorum instar methodum hujusmodi cyclicam experamus, aut Tabulis computisticis vel Dionysianis vel Gregorianis vel aliis nimis adhæreamus & credamus, sed Astronomiæ, quæ Paschata συνρώπημα ἀναςώσιμα & Nicena expeditè licet non sine aliquo labore suggerit, studia indesinenter tractemus. Hinc ergo, si methodus cyclica melior excogitari plane non potest, pro faciliore & certiore Niceni & Christiani Paschatis genuini inventione, & quidem anno Iuliano incolumi conservato, & Epactarum fallacium cyclo Tabulisque tam Dionysianis quam Gregorianis Scaligerianis & Calvisianis Autoribus suis relictis, vel ipsas Tabulas Astronomicas Ephemeridesque consulere vel calendarii Iudaici artificiosissimi ductum certissimum per Niceni concilii tamen canones, ubi opus est, correctum sequi præstaret. At perleve est, addit ibidem Dn. Petavius, quod de rei chronologicæ & temporis Epocharum perturbatione idem Dn. Mullerius in Isagoge in Calend. c.17. opposuit. Imo vero pergrave id ipsum est & præsertim cum fœdà anni Iuliani corruptione conjunctum.

§.7. Sed quia in eodem c. ultimo l. 5. Ill. Scaliger, qui Anni Christi 1598. Pascha Gregorianum in ipso Plenilunio ςαυρωσίμῳ 22da Martii feria prima Gregoriana celebratum carpit, à Dn. Petavio miris modis exagitatur; ideo per Syzygiarum & Calendarii Iudaici Tabulas breviter demonstrabo, quod anni Christi 1598 14ta Luna Gregoriana sive 15ta Luna Mosaica Tychonica & suo modo Iudaica non sit 21. Martii f.1. Gregoriana vel 11. Martii f. 1. Iuliana, prout Dn. Petavius ibidem nimis audacter asserit, sed potius ipsa 22. Martij f.1. Gregoriana vel 12 Martij feria prima Gregoriana, quodque Pascha Christianum non 22. & 12. Martij sed 29. & 19. Martij celebrandum fuerit.

Epochæ

Ep.CPæ.	Mundi	Per. Iud.	Al.	Iul.	Chr.	d	h	'	''	S.	L.
38	38	38	38	38	28	108	18	48	12	27	3
7068	5509	5320	187·	1605	1560A	22	15	41	42	16	0S
7106	5547	5358	1909	1643	1598	86	3	6	30	11	3
Dimidia Lunatio						14	18	22	2		S
15ta Luna genuina Lipsiæ considerata						71	8	44	28	11	3
							8	13	0		A.
Genuina 14ta Luna Hierosolymis facta						71	16	57	28	11	3
2.Menses Iuliani sive dies in an. com.						59					S
Martii dies currens Iuliana						12	16	57	28	11	3

Per Calendarium Judaicum.

Ep. CPæ.	P.Jul.	Mundi	Iud.	Al.	Jul.	Chr.	d	h	
39	39	39	39	39	39	39	280	14	314
7068	6273	5509	5320	1871	1605	1560A	16	21	800
7107	6312	5548	5539	1910	1644	1509	263	inc.16	594
6.cū dim. Lunationes Iudaicæ subtrahantur							191	22	834S
15ta Nisan Mosaica quæ 2dū Iudæos est 15ta Adar							71	inc.17	840

Ex hoc duplici calculo apparet, quod Aequinoctio verno in 10 vel 11 Martij Iuliana relicto, genuina 15ta Nisan & 15ta Luna Mosaica & Tychonica sive 14ta Luna Gregoriana & *Plenilunium Paschale* sit dies â cal. Ianuarii 71. 12. Martii feria prima Iuliana vel 22. Martii feria prima Gregoriana, quod *Pascha* anni Christi 1598. Gregorianum 22. Martij celebratum cum *Paschate* Mosaico σταυρωσίμῳ (*Pascha* n. huius Anni 1598 Iudaicū est 101 dies 11. *Apr.* f.3. Iuliana vel 21 *Apr.* f.3. Gregoriana: unde Pascha Dionysianū evasit dies 106 16. Apr. f.1. Iul. vel dies 116. 26. Apr. feria 1ma Gregoriana) in eadē 22. Martii concurrerit, quodque verum *Pascha* ἀναστάσιμον secundum Scaligerum 19 Martii Iuliana & 29. Martii Gregoriana de

 jure

jure celebrandum fuerit. Hæc demonstratio est clarissima & multiplici *Petavii* logomachiæ in eodem c. ultimo l.5.institutæ merito præferenda.

§. 8. Interim non ignoro, quod secundum Scaligeri & Calvisii sententiam motus Lunaris Tychonicus à motu Lunari Iudaico in 1500 annis una fere hora vel potius 59.tantū primis superetur, quæ superatio tamen, si modo vera est, animadversa nihil vel parum erroris importat Nā econtra idem Dn. Nicolaus Mullerius in Diatribe, quæ fini libri 5ti Rerum Chronol. Dn. Vbbonis Emmii subjuncta est, statuit Iudæorum Astronomiam Lunarem cum Ptolemaica ad unguem congruere, id Magnum Scaligerum non animadvertisse, & in anno Iudaico plus justo desudasse. *Certe* in operatione in § 4.præcedenti pro 14ta Luna Gregoriana & Plenilunio Iudaico Astronomico per calendarium Iudaicum quidem 76. dies incompleti 7 horæ & 921 /, per tabulas syzygiarum vero 76.dies incōpleti 7.h.& 1 / proveniebant At ex hypothesi Scaligeri in 5182 annis Iudaicis motus Lunaris Iudaicus major esse debebat motu Tychonico 3. horis & 31./ fere, & proinde 79. d. 11. h. & 400 / circiter provenire debuissent. Ipsi *Artifices* judicent. Neque vero, dum una cum Scaligero Calendarium Iudaicū tantopere commendo, Iudaicam religionem impiam sed saltem Iudæorum ipsius calendarii Iudaici conditorum eruditionem Astronomicam laudo. quæ laus non tantum ratione calendarij Iudaici Iudæis, verum etiam calendarij Arabici respectu Turcis & Gelalæi annj ratione ipsis Saracenis non eripienda sed relinquenda est.

GG. Scholion Sextum.

Quod *Æ*quinoctium vernum medium in anno Exodi, hoc est, in anno Mundi 2453. & in anno *Periodi* Iulianæ 3217. incandé diem & feriam, in quam prima Nisan, cadat, & quidem in diem á cal. Ianuarij 93tiam 2. *A*pr. feriā quintā, id non tantum per *Petavii* & Calvisii *Æ*quinoctiorum tabulas, verum etiam per regulam Detri sequentibus calculis demonstrari potest.

1. Per

1. Per Tabulas Aequinoctiorum Petavii

Anni Periodi Iulianæ	d	f	h	/	cycl. S.	
25	117	2	6	31	25	
3102 A	24	3	9	12	0	S.
3217	92 cõpl.	5	21	19	25	

2. Per Tabulas Aequinoctiorum Calvisii

An. Mundi	d	f	h	/	cycl. S.	
17	111	3	12	37	25	
2436	18	4	14	36	0	S.
2453	92 cõpl.	5	22	1	25	

Idem Aequinoctium vernum 2dum Calvisii & Petavii Tabulas occupat diem à cal. Ianuarii 93tiam 2. Apr. feria quintâ, quæ profecto non diei 92dæ sed 93tiæ competit. Minutorum autẽ adhærentium discrepantiam Lipsiensis & Parisiensis Meridianorum eaque 42./ diversitas causatur. Sed tamen, quod dies à cal. Ian. 92da per operationem hic utrobique inventa cyclo Solis 25. hoc est in anno bissextili pro completa & in anno communi econtra pro incompleta & currente sit sumenda; quodque eadem 92. dies non feria quinta esse possit, sed feria quarta existat, quæ tamen regula supra tradita hic plane est necessaria, ubi eam vel Calvisius vel Petavius tradiderunt? An non tabularum suarum intellectum, regulâ hac omissa, dubium reliquerunt? Imo Dionysius Petavius, quod tanti Viri pace dixerim, in Aequinoctiorum Tabulæ compositione vitulis vel Scaligerianis vel Calvisianis mihi arasse, & Tabulam eandem saltem ad Periodi Iulianæ initium accommodasse videtur, quia, quem Tabulæ intellectum in Calvisio dubium reperit, eundem in sua reliquit. Doctiores judicaverint.

3. Per Regulam Detri

Annus observationis Aequinoctij verni Tychonicæ nobilissimæ & propterea à Scaligero Calvisio & Petavio loco hypotheseos firmissimæ unanimiter assumtæ est annus Christi 1584 hoc est annus Periodi Iulianæ 6297 cyclo Solis 25. præditus, quo anno Nobilissimus Tycho Hurnæ in Daniæ Regno eminentissimo Aequinoctium vernum fieri deprehendit elapsis 9. diebus Martii completis

 9 horis

9 horis & 30./ post Mediam noctem. quæ dies 10. Martii in anno hoc bissextili est dies à cal. Ianuarii 70ma, quemadmodum in communi anno dies 69na. Vnde sequitur, quod in anno bissextili quidem 69 dies 9. horæ & 30./, in communi autem anno 68. dies 9. horæ 30./. sint usurpanda. Porro annus Exodi est annus Periodi Iulianæ 3217: qui numerus si à superioribus 6297 Periodi Iulianæ annis subtrahatur, relinquuntur 3080 anni. Iam dico: Vnus annus dat 11./ horaria (quot scrupulis videlicet annus Solaris Tropicus 365. diebus, 5. horis & 49./ comprehensus ab anno Iuliano medio è 365 diebus & 6. horis composito deficit) quot scrupula horaria iam dabunt 3080. anni? Numeri in regula ita stant.

A	/	A		d	h	/
1 ———	11 ———	3080	F.	23	12	40

Operatione rite peractâ, in quoto & residuo aderunt 33880 scrup. horaria sive 564, horæ & 40./ hoc est 23. d 12. h 40./ addenda iam utpote in anno bissextili, qualis est annus Periodi Iulianæ 3217. Exodicus, 69. diebus, 9. h. & 30./, ut prodeant 92. dies completi 22. h. & 10/, à quibus 10/ si 9/, quibus Hurnæ Meridianus à Lipsiensi secundum Calvisium discrepat, subtrahantur, manent pro Calvisio 92 d cōpleti hoc est, 93 d incōpleti 22. h & 1/, quemmodum 92 d cōpleti 21. h & 19/ pro Petavio, si 42/, quibus Meridianus Parisiensis Lipsiensi occidentalior est, ab iisdem 92 d 22. h & 1./ deducantur. Porro Aequinoctio verno ita invento, facile erit non tantum sequens & præcedens Aequinoctium autumnale verum etiam ipsa Solstitia invenire. Hanc ut facillimam ita tutissimam Aequinoctium vernum in quolibet Periodi Iulianæ anno indagandi viam tradidi & pluribus pertractavi in Chronologia. Vnicum hoc necessariò addendum, quod in annis Periodi Iulianæ quibuslibet ab anno bissextili proximis & primis præter 68, d istos 9. h & 30 /adhuc 6. horæ, in secundis 12. & in annis tertiis adhuc 18. horæ sint addendæ. Atque hac ratione licet prolixa non tantum affirmatum verum etiam demonstratū & demonstrandū fuit, quod in anno Exodi & quidem

quidem in anno Mundi Scaligeriano 2453. & in anno Periodi Iulianæ 3217. eoque in cyclo sabatico pariter & Iobelæo tertio prima dies Nisan eaque secunda Apr. non tantum sit feria quinta, verum etiam Novilunio medio & Aequinoctio verno à Spiritu Sancto & Mose insigniter & evidenter notata.

H H. Scholion Septimum.

§. 1. Annus Periodi Iulianæ 3183. Petavii Exodicus habet cyclum Solis 19, qui semper incipit feria quarta. Porro 20. Martii, cui Petavius primam Nisan asscribit, est dies à cal. Ianuarii 76. 76. & 3. additis, & 82. per 7. divisis, manent 5, hoc est, 20. Martii hæc est f. 5. prout Petavius posuit. Ita in eandem 20 Martii f. 5. Novilunium quoque medium cadere sequentes 3 Epilogismi demonstrabunt.

1. Per Tabulas nostras.

Ep. CPæ.	P. Iul.	M.	P. Iud.	d.	h.	/	//	Sol.	Lu.
26	26	26	26	91	17	24	24	15	10
3952	3157	2393	2204 A	12	16	0	6	24	0 S.
3978	3183	2419	2230	79	1	24	18	19	10

In anno Epochæ Constantinopolitanæ 3978. Periodi Iulianæ 3183. Mundi 2419. & Judaico 2230. Novilunium Paschale sive prima Nisan Petaviana verè est dies à cal. Ian. 79. 20. Martii feria quinta.

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisij.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.
63	86	7	14	38	11	15	10
2356 A	7	2	13	13	54	24	0 S.
2419	79 inc.	5	1	24	17	19	10

In

In anno Mundi Scaligeriano & Calvisiano 2419, qui anno Exodico & Periodi Julianæ 3183. Petaviano respondet, prima Nisan secundum Calvisium quoque dies 79. 20. Martii f. 5. existit.

3. Per calendarium Judaicum nostrum

Ante omnia prima Tisri Anni Iudaici 2231. proximé post 2230 sequentis quærenda est, & hinc pro Novilunii Paschalis præcedentis inventione 6. Lunationes Iudaicæ subtrahendæ.

Ep. CPæ.	P. Iul.	Mundi	Per. Iud.	d	h	/
27	27	27	27	263	12.	957
3952	3157	2393	2204 A	7	0	100 S
3979	3184	2420	2231	256	12	857
6. Lunationes Iudaicæ				177	4	438 S
prima Nisan Iudaica Astronomica				79 inc.	8	419

Prima Tisri Astronomica anni Judaici 2231. est dies à cal. Ianuarii 256. 6. Lunationibus subtractis, manent pro Novilunio Paschali Iudaico Astronomico anni Iudaici 2230 & Mundi 2419. 79. d & quidē cyclo Solis 19. in anno communi incompleti: 8 h ab occasu Solis vel 2. h. saltē à Media nocte numeratæ & 419 / Judaica. Bene ergo Petavius 20mæ Martii Novilunium hoc assignavit.

§. 2. Sed non æquè bene & consentaneè idem Petavius Aequinoctium vernum medium in suo falso anno Exodico quintæ Apr. diei asscripsit, prout per sequentes operationes planum erit.

1. Per Tabulas Aequinoctiorum ipsius Petavii

Anni Per. Iul.	d	f	h	/	Sol
75	117	1	9	21	19
3108 A	23	2	17	48	0 S.
3183	93 inc.	5	15	33	19

Dies

Dies Aequinoctii verni medii per Tabulas Petavianas est dies à cal. Januarii 93.3. Apr. feria quinta.

2. Per Tabulas Aequinoctiorum Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	s.
67	111	2	15	27	19
2352	17	3	23	12	0
2419	93 inc.	5	16	15	19
Differentia			8	13	A
	94	6	0	28	19

Eadem Aequinoctii verni dies per Tabulas Calvisianas quoque est dies 93.3. Apr. feria quinta, vel, 8. h 13/ pro Meridianorum & dierum Politicorũ differẽtia additis, ad summum dies 94. iniens 4. Apr. feria sexta, non autem dies 95. 5. Apr. feria septima. Imo si quinta Apr. retinenda esset, 20ma Martii Novilunium Paschale esse non posset.

3. Per regulam Detri.

Annis Periodi Iulianæ 3183. ab annis ejusdem Periodi 6297 deductis, manent 3114. anni. Iã dico: unus annus dat 11 /, quid dabunt 3114. anni: facit 34254 / horaria sive 570 horas & 54./ hoc est 23d18h & 54./ addenda jam utpote 19no cyclo Solis & in anno à bissextili secundo non tantum 68 diebus 9. horis & 30/ verum etiam insuper 12 horis, ut fiant 92 d. completi sive 93 d incompleti 16. h. & 24/, 9 / subtractis, 16 h 15 / pro Calvisio, & hinc, iterum 42 / deductis, 15 h & 33/ pro Petavio. Aequinoctium ergo vernum medium anni Periodi Iulianæ 3183. Petavii Exodici factum est die à calendis Ianuarii 93tia 3. Apr. feria 5ta, vel die 94ta 4. Apr. f. 6. ineunte, in quam diem etiam incidit Plenilunium medium, non autem die à cal. Ianuarii 95ta 5. Apr. feria septima, prout Petavius posuit: id quod contra Pe-

 tavium

tavium & quidem ex parte per ipsius Petavii Tabulas fuit demon-strandum.

§. 3. Cæterum aliquot Epocharum Constantinopolitanæ, *Periodi* Iulianæ, Mundi & *Periodi* Iudaicæ annorum concatenationes e Syzygiarum & Calendarii Iudaici tabulis nostris desumtæ hactenus sunt asscriptæ, quæ cum Dn.D.Behm alligationibus, quas in Tabulis Epocharum habet, per omnia non conveniunt. Vt jam proximam duntaxat annorum *3952*. Epochæ Constantinopolitanæ, 3157 *Periodi* Iulianæ, *2393*. Mundi, & 2204. Iudaicorum colligationem cum Behmiana conferamus, conjungit hæc annum Epochæ Constantinopolitanæ 39*52*. eundem cum Anno *Periodi* Iulianæ 3158. & anno Mundi 239*4*. & cum anno Iudaico *2205*. Causa hujus rei præcipua est, quia idem Dn.D.Behm primum annum Mundi cum anno Epochæ Constantinopolitanæ *1559*, quemadmodum primum Epochæ Christianæ annum cum anno ejusdem Epochæ CPtanæ *5508* concatenat, cum tamen cum anno 1560 & cum anno Epochæ Constantinopolitanæ *5509*. illi anni conjungendi fuissent. Itaque ex Scaligeri mente, quæ *Petavii* sententiæ quoad Periodi Iulianæ annos conformis est, ita breviter probo. *A* capite *Periodi* Iulianæ postulatitiæ ad ejusdem Epochæ Constantinopolitanæ initium, prout Lo-can. Isag. cap. *1*. p. *118*. à Scaligero expresse ponitur, elapsi sunt anni *7184*. completi cum 243. dieb9, qui à *7980* annis, quot anni in qualibet *Periodo* Iuliana, sive *Postulatitia* sit sive Nostra sive hac Nostra adhuc posterior, continentur, subtracti relinquunt annos completos *795*. & *122* d ab initio Ep. Constantinopolitanæ sive à 1. Sept. ad initium *Periodi* Julianæ Nostræ sive ad primam Januarii elapsos. *Porro* ab initio Periodi Iulianæ nostræ ad mundi conditu secũ eundem Scaligerũ elapsi sunt anni completi 763. & 298 dies, qui tamen dies ibidem per sphalma omittuntur. Hi 763 anni & 298. dies superioribus 705. annis & 122. diebus additi producunt annos 1559 completos & 56. dies inter primam Septembris Epochæ Constantinopolitanæ initialem diem & inter 26. Octobris mundi natalem interceptos. Non ergo primus annus Mundi aut est aut esse potest annus Epochæ Constantinopolitanæ 1559, sed est annus Epochæ Constantinopolitanæ 1560. Ita ab eodem capite Periodi Iulianæ. Næ ad

initium

initium Epochæ Christianæ secundũ Scaligerũ pariter & Petavium elapsi sunt anni completi 4713.vel 4712.saltem & 358.dies usq; ad 25. Decembris utpote natalem Christi vulgarẽ computati. Si vel ab his 4712.annis & 358.diebus anni 763.& 298 d subtrahantur, & 3949.annis &60 diebꝰ residuis priores 1550.anni & 56.dies addantur, vel iidẽ 4712.anni & 358 d cum superioribus 795.annis & 122.diebus jungantur, comparabuntur utrobiq: 5508.Epochæ Constinopolitanæ anni completi & 116 dies ad initiũ EpochæChristianæ elapsi.Quomodo E. primus Epochæ Christianæ annus Epochæ CPtanæ 5508. annus esse poterit? Erit proinde annus 5509. non 5508. Vnde ipse Dn.D.Behm l.2.Manud.tit.1.c.6.hanc regulam tradit: Ad investigandum annum æræ Christianæ à dato Muscovitico vel Epochæ Constantinopolitanæ anno 5508.anni subtrahendi sunt, residuum monstrat mihi æram Christianam.Quod profectò idem est, ac si ad Epochæ Christianæ initium annos 5508 non autem 5507 elapsos esse diceret,& annum Epochæ Christianæ primum annum Epochæ Constantinopolitanæ 5509 constitueret.Ita ejusdem EpochæConstantinopolitanæ annus 6279.secundum Bedam est annus Christi 771.Ab utroque numero 770 annis subtractis, manent anni itidem correspondentes annus Epochæ Christianæ primus & annus Epochæ Constantinopolitanæ 5509. Similiter annus Epochæ Constantinopolitanæ 6881. secundum canonem Paschalem Isaacii Argyri à Petavio l.9.de doctr. temp. cap. 5. citatum est annus Christi 1373. Ab utroque numero annis 1372.deductis, manent iterum anni correspondentes annus primus Christi & annus Epochæ Constantinopolitanæ 5509. Et licet Dn.Dionysius Petavius,qui solus fere post Scaligerum & Dn.D.Behm de Epocha Constantinopolitana ex instituto Chronologico scripsit, in plerisque Scaligero adversetur: hanc methodũ tamen veram esse,& natalem Christi Dionysianum in annum Epochæ Constantinopolitanæ 5509.incidere l.9.d.doctrina temp.c.5.ingenue & candidè fatetur.Non addo autem hæc magni nominis Viro Dn.D.Behmio utpote Præceptori olim meo honoratissimo contradicendi sed solo veritatem inveniendi studio.

§.4. Antequam hoc scholion finio, concatenationis factæ mentionis occasione hoc unicum bono animo moneo. Etsi unicuique diversissimarum & plurimarum Epocharum puta Constantinopolitanæ, Periodi Julianæ, Mundi, Periodi Iudaicæ, à Diluvio, ab Exodo, à conditu templi, ab initio Olympiadum, Vrbis & Nabonassaris, Excidii Templi Hierosolymitani prioris, 70 hebdomadum Danielis, Periodi primæ Calippicæ & Alexandrææ, æræ Iulianæ, Christi, Diocletianææ &c. annos in systematibus Chronologicis, qualia Funccius, Buntingus, Helvicus, Dn. D. Behm, Dn. Petavius, Dn. Vbbo Emmius, &c. nō tantum cum summa diligentia verū etjam nō sine maxima laude cōposuerunt, cōcatenandi intentio meritò relinquitur: tamen, cum horum annorum alii ab hyeme alii à vere alii ab æstate alii denique ab autumnō inchoentur, non apparet, quo cum vel fructu vel intellectu talis concatenatio instituatur. Itaque non nisi talium Epocharum anni in iisdem systematibus Chronologicis cum fructu & intellectu poni possent, quorum annorum initia vel temporis anni ratione plane conveniunt, qnales Epochæ sunt Constantinopolitana, Mundi, siquidem mundus in autumno conditus statuitur, Iudaica, Sabatica, Iobelæa, Diluvii, Alexandræa &c, vel anni duntaxat quadrante aut triente hoc est, 3. vel 4. mensibus à se invicem distant, quales sunt eædem Epochæ cum Christi & Julii Cæsaris Æris collatæ, & hac ipsa de causa in nostris Tabulis supra collocatæ. Anni autem Exodici, Salomonici templi, Vrbis Romæ, uti etiam anni Olympiadici, Metonici, Calippici &c. cum annis Mundi ab autumno cumque Iulianis â solstitio hyberno inchoatis minimè conjungendi sunt. Ita etiam anni Nabonassaræi, Philippici, Armenii, Iezdegirdici, Arabici &c, quorum initia per totum annum Julianum vagantur, in iisdem systematibus plane omittendi essent, quia cum anni verbi causa Nabonassaræi 1461 æquales sint annis Iulianis 1460, tot annorum spatio & quidem ab anno Periodi Julianæ 3967, quo primus annus Nabonassaris secundum Scaligerum & Petavium 26. Febr. feriâ quartâ cæpit, usque ad annum ejusdem Periodi Iulianæ 5427. hoc est usque ad annum Christi 714. necessariò unus annus absorbetur, prout & Calvisius fatetur, & res ipsa

loquitur

loquitur. Vbi autem hic annus Nabon, qui ita absorbetur, in Systemate Chronologico, de quo hic potissimum sermo est, locabitur? Nam & Censorinus supra citatus & alii Autores diversarum Epocharum annos, licet eorum initia 6 mensibus à se invicem distent, inter se concatenant. Sed quot capita, tot sensus.

JJ. Scholion Octavum.

§.1. Anni Actiacæ victoriæ simpliciter ita dicti & anni Actiacæ victoriæ Ægyptiorum sive primi Thot Augustorum Actiaci vel anni Alexandriæ ab Augusto captæ vel anni mortis Antonii & Cleopatræ, de qua posteriore Epocha hic Clemens loquitur, differunt à se invicem integro anno. Jlla enim cæpit in Septembri anni Iuliani 15ti hoc est, anni Periodi Iulianæ 4683tii, hæc vero in Augusto anni Iuliani 16ri sive anni Periodi Iulianæ 4684. Porro ad initium Epochæ Ægyptiorum Actiacæ secundum Scaligeri & Petavii mentẽ elapsi sunt anni Epochæ Constantinopolitanæ 5479. fere completi anni Periodi Juliauæ 4683. & 8. menses fere, ab initio Olympiadum 746. anni & 2. menses fere; anni Vrbis Varroniani 723 & 8 menses fere à calendis Ianuarii numerati, licet Roma 21. Apr. sit condita, & anni denique Iuliani 15. & 8. menses. Ita, Christo secundum vulgarem sententiam in Decembri & secundum Clementis specialem anni Actiacæ Ægyptiorũ victoriæ 28vi nato, ante nativitatem hanc certe elapsi sunt anni ejusdem Ægyptiorum Actiacæ victoriæ 27. completi & 4. circiter menses. Hi 27. anni & 4. menses superioribus Epochæ Constantinopolitanæ, Periodi Iulianæ; Olympiadicis, Vrbis & Iulianis annis & mensibus ordine additi producunt annos Epochæ Constantinopolitanæ 5506. & 4. menses ad veram Nativitatẽ Christi secundum Clementem elapsos, qui tamen 4. mẽses perirent, si Christus secundum Scaligerum Calvisium & Beroaldum in Septembri aut Octobri natus crederetur, annos item Periodi Julianæ 4711. fere completos, cum econtra ad Epochæ Christianæ initium anni 4713. Periodi Iulianæ elapsi sint, annos

Olympiadicos 773. & 6. menses: unde idem Dn noster Iesus Christus ab Eusebio & Baronio anno Olympiadico 774 natus statuitur, annos Vrbis Varronianos 751 completos, in quem annum Vrbis 751 incidit Lentuli & Messalæ consulatus, & denique annos Julianos 43 itidem fere completos; quæ omnia ipso calculo existunt comprobata. Porro Herodis mortem secundum Scaligerum & Calvisium suppeditat & indicat Eclipsis Lunaris, inter quam Eclipsin & ipsum Pascha mortuus est Herodes, prout Iosephus Antiquit l. 17 c. 8. signate addidit, quæ Eclipsis secundum eosdem Chronologos facta est 10 Januarii in anno Juliano 45. hoc est in anno Periodi Julianæ 4713, qui anni primum EpochæChristianæ annum proximè antecedunt. Ipsum Plenilunium medium per Epilogismum duplicem sequentem ita inquiritur.

I. Per Tabulas Syzygiarum nostras

Ep.CP.	M.	P.Iud.	Al.	Iul.	d	h.	/	//	S.	L.
36	36	36	36	36	100	12	26	53	25	1
5472	3913	3724	275	9A	17	12	55	31	16	0 S
5508	3949	3760	311	45	82cō.	23.	31	22	9	1
2½ Lunationes Tychonicæ					73	19	50	8	0	0
Plenilunium medium Januarii					9cōp.	3	41	14	0	1
Dies incompleti Januarii					10	3	41	14	9	1

Novilunium horum annorum vere Paschale, prout ex hac operatione ad oculum videre licet, factum est die a cal. Januarii 83tia fere finità 23. Martii feria tertia, vel, 6. horis more Iudaico additis, die 84. 24 Martii feria 4, in quam diem tum incidit fere Æquinoctiū vernū. Duabus cum dimidia Lunationibus subtractis, Plenilunium medium quæsitum Eclipticum fit die á cal. Januarii 10mà vel 10mà Ianuarii feria septima Lipsiæ & quidem paulo ānte horam quartam matutinam, vel, 2. horis & 13 / additis, Hierosolymæ paulo ante sextam matutinam.

2, Per

2. Per calendarium Judaicum nostrum

Ep.CPæ.	P.Jul.	M.	Per.Iud.	Al.	Jul.	d	h	/
37	37	37	37	37	37	272	7	599
5472	4677	3913	3724	275	9A	11	20	20 S.
5509	4714	3950	3761	312	46	260 cōp.	11	979
	Dies incompleti					261	11	979
8. cum dim. Lunationes Iudaicæ						251	0	261 S
		Ianuarii dies currens				10	11	718

In anno Epochæ Constantinopolitanæ 5509 M. 3950. Iudaico 3761. & Alexandræo 312 ineuntibus, cæterum in Periodi Julianæ 4713. & Juliano 45. adhuc currentibus & fere finientibus prima Tisri Astronomica Judaica est dies à cal. Januarii 261. De feriarū enim translationibus Astronomicis & Politicis in hoc simplici syzygiarū negotio hic nō sum sollicitus. 8. cū dim. Lunationibus rite subtractis, manent pro Plenilunio medio Judaico eorundem quidem annorum Julianorum, cæterum 5508, 3949, 3760 & 311 reliquorum quæsito 10 dies Ianuarii incompleti, 11 horæ ab occasu Solis vel 5. horæ à media nocte numeratæ atque insuper 718 / Iudaica. Quia itaque Illustris Scaliger vidit mortem Herodis eclipsi Lunari à Iosepho summo & laudato studio notatam in nullo alio anno Iuliano quam 45. hoc est anno Periodi Iulianæ 4713. commode & absq; contradictione collocari posse, eamque Herodis mortem biennio fere ipsâ Christi nativitate posteriorem esse debere: ideo eandem nativitatem in annum Iulianum 43. hoc est in annum Periodi Julianæ 4711 finientes, Epochæ autem Constantinopolitanæ 5507, Mundi 3948, Iudaicum 3759 & Alexandræum 310 mum ineuntes jure optimo conjecit.

§. 2. Antequam ad Scholium nonum accedamus, de annorum concatenationis præmissæ ratione & variatione aliquid addemus. Mallem equidem concatenationem nostram cum Behmiana è Calvisii Chronologia & ex Helvici Theatro magnam partem desumta & in elegantissimis Epocharū Tabulis expressa per omnia conveni-

te

ræ. Quicquid contra feci & facio, id Veritatis pro summa lege habendæ vi feci & facio. Conjunguntur autem.

Secūd.	Ep.Cpæ.	P.Iul.	M.	Iud.	Olymp.	Met.	Cal.	Al.	Iul.	
Illos	5508	4714	3950	3761	777	433	331	323	46	Anni
Scal.	5508	4713	3949	3760	775	431	329	311	45	

Cur Epochæ Constantinopolitanæ, Mundi & Judaici anni in superiore ordine ita poni & componi non possint, supra in 5 & 7. Scholiis ostensum est. De annis Olympiadicis, Metonicis, Calippicis, Alexandræis & Julianis, qui interea de novo accesserunt, non tantum propter Helvicum verum etiam propter ipsum Calvisium utpote errorum horum primum Autorem ut & contra Dn. Petavium & Dn. Samuelem Petitum pro Scaligeri defensione nonulla addenda: licet de annis Julianis sive Julii Cæsaris quoque aliquid addi opus non sit, cum primus annus Julianus Scaligeri, Petavii, Helvici, Dn. D. Behm, & Dn. Vbbonis Emmii consensu sit & fuerit annus Per. Julianæ 4669, quemadmodum primus Epochæ Christianæ annus secundum eosdem est annus ejusdem Periodi Julianæ 4714 & annus Julianus 46: unde facili negotio ex annis Periodi Julianæ anni Juliani & Christi, & ex hjs vicissim illi fieri possunt. Ante omnia sequentes 3. hypotheses ex iisdem Chronologis vel potius ex ipsa Antiquitate desumtæ hic præmittendæ sunt.

1. Primus annus Metonicus ad annorum Olympiadicorum instar in æstate inchoatus sine omni cõtroversia est annus Olympiadicus 345tus.

2. Annus primus Calippicus itidem in æstate incipiendus certò concurrit & idem est cum anno olympiadico 447. & cum anno Metonico 103.

3. Denique & hoc certum & indubitatum est, quod, 18 annis cõmpletis & 2. mensibus de prima Periodo Calippica elapsis, in autumno cæperit Epocha Alexandræa sive Seleucidarum, quodque hac ratione primus annus Alexandræus sine dubio sit annus Olympiadicus 465tus, annus Metonicus 121. & annus Calippicus 19nus

Hic

His 3 hypothesibus à nemine vel negatis vel negandis subjungo sequentem quartam eamque Dn. Setho Calvisio p. m. in specie oppositam: annorum Metonicorũ forma abrogavit annorum Olympicorum in Periodo Scaligeri Olympica propositorum Calendariũ, & vicissim ipsa Periodus prima Calippica sustulit usum Enneade caeteridis Metonicæ, & deniq; Alexandræa Calippicæ. Id nisi verum esset, post annum Mundi 3639, quo Calendarium Alexandræum introductum est, uno & eodem tempore quadruplex Calendarium videlicet Olympicum, Metonicum, Calippicum & Alexandræum in usu Politico fuisset.

Dum ergo cum anno Ep. CPæ 5508 in superiore ordine annus olympiadicus 777. & annus Alexandræus 313 conjunguntur, necessariò annus quoq; Metonicus 433. & annus Calippicus 331 simul subintelliguntur & tacitè ponuntur.

De annis Olympiadicis.

§. 3. Annus Olympiadicus 777. secundum computum præmissum est annus Epochæ Constantinopolitanæ 5508, Per. Julianæ 4714, Mundi 3950 & annus Judaicus 3761. Si ab his numeris ordine 776 utpote numerus sibi ipsi æqualis subtrahantur, respondebit anno primo Olympiadico annus Epochæ Constantinopolitanæ 4732, annus Periodi Julianæ 3938, annus Mundi 3174, & annus Judaicus 2985.

Ep. CPæ	P. Jul.	Mundi	Judaici	Olymp.	
5508	4714	3950	3761	777	
776	776	776	776	776	S
4732	3938	3174	2985	1	

At primus annus Olympiadicus minime est annus Mundi 3174 sed 3175, prout paulo post contra Calvisiũ utpote hujus rei primũ Autorem demonstrabitur. Similem enim is unius anni prochronismũ commisit in hac annorum Mundi & Olympicorũ concatenatione,

 quæ

quæ habetur in c. 8 Iſagoges Chronol in Periodo olympica & Attica, in iisque primum annum Olympiadicum conſtituit annum Mundi 3174: quam concatenationem dum nõ tantùm Dn. D. Behm in ſuis Epocharũ Tabulis verum etiã Helvicus in Theatro ſequuntur, non levi erroris periculo ſolà fere Calviſii culpà ambo objiciuntur. Cautior in Canone ſuo Chronico artificioſiſſimo fuit Dn. Vbbo Emmius, in quo canone circa Olympiadum initium, prout è linearum parallelarum ſubdiviſione non obſcurè patet, annum primum Olympiadicum cum anno Mundi 3175. optimè concatenavit. Sed quia dicere, quod annus primus Olympiadicus ſit annus Mundi 3175. & non 3174, non eſt probare multo minus demonſtrare, & quemadmodum Theologus nihil ſine ſcripturæ dicto & Jurisconſultus nihil ſine lege aſſeverare debet, ita etiam Chronologum utpote ſuo modo Mathematicum nihil ſine vel demonſtratione vel firma probatione ſtatuere decet: ideo hæc quoque breviter addenda fuerit, non ut tantis Viris Calviſio Helvico & D. Behm contradicam, ſed ut veritatem tanquam ſummam legem eruam & defendam. Prima Olympias ipſi Calviſio quoque cœpit cum 9 Julii feria tertia eaque Novilunio medio ſecundum ſequentem calculum inſigni & quidem cyclo Solis 18. & Lunæ 5.

1. Per Tabulas Calviſii.

A. Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
58	81	3	17	6	56	10	5	
3116	9	6	23	41	37	20	0	S.
3174	71 inc.	3	17	25	19	18	5	
4. Lun. & diff.	118	6	10	4	13	0 A		
Novil. Julii	190 inc.	3	3	29	32	18	5	
6. Menſes	181		S					
Julii dies	9	3	3	29	32	18	5	

Factum ergo hoc Novilunium medium eſt 9 Julii feria tertia anni Mundi 3174 finientis, & proinde annus primus Olympiadicus non

cus non poteſt eſſe annus Mundi 3174. ſed eſt annus 3175 Petavius 6 horas illas omittere ſolitus l.1.de doctrina temp.c.24. dicit magis in 10mam quam in 9 Iulii hoc Novilunium incidiſſe, cum tamen magis in octavam quam in 9. Iulii, 6 præſertim horis omiſſis, inciderit, unde etiam Dn. Samuel Petitus infra 8 Julii ponit.

2. Per Tabulas noſtras.

Ep.CPæ	P.Iul.	M.	Per.Iud.		d	h	/	//		Sol.	Lu.	
21	21	21	21		86	19	53	9		10	5	
4712	3917	3153	2964	A	15	2	27	48		20	0	S
4733	3938	3174	2985		71	17	25	21		18	5	
4. Lunationes & differentia					118	10	4	13	A			
Novilunium medium Iulii					190 inc.	3	29	34		18	5	

3. Per calendarium Judaicum noſtrum.

Ep,CPæ	P.Jul.	Mundi	Per.Jud.	d	h	/
22	22	22	22	258	15	591
4712	3917	3153	2964 A	9	10	60 S
4734	3939	3175	2986	249 inc.	5	531
2. Lunationes Judaicæ				59	1	506 S
Novilunium Julii Judaicum				190 inc.	4	25

Ideo autem hoc 9næ Julii Novilunium pro primæ Olympiadis Novilunio initiali habetur, quia octavæ Julii diei, quæ græcis eo tempore erat τροπὴ θερινὴ & κέντρον θερινὸν, eſt proximũ, licet ipſum ſolſtitium æſtivum medium tum temporis in 30 Iunii hæſerit, & tempore Metonis hoc eſt 344. poſt primam Olympiadem annis ad 27mam Junii regreſſum in ea ab eodem Metone obſervatum & deprehenſum fuerit. Ita non tantum ſecundum Scaligerum verũ etiam ſecundũ Petavium eadem prima Olympias cæpit 9. Ju-

lii feria tertia in anno Periodi Julianæ 3938, id quod idem Petavius per 3. Eclipses in certis annis olympiadicis ab Autoribus assignatas & hinc in annis Periodi Julianæ correspondentibus indagatas magis perspicue, quam à Scaligero factum videtur, l. 9. de doctrina temp. c. 41. demonstrat, & simul una cum Scaligero & Calvisio Nicolai Copernici, Erasmi Reinholdi, Mercatoris, ipsarumque Tabularum Prutenicarū errorem agnoscit & taxat, secundum quē eadem prima Olympias ratione initij in 28. Junij anni Per. Iulianæ 3939. locatur, licet ipsum Novilunium medium non alia ratione & conditione, quam si 7 horæ & 8 / addantur, in hac 28. Iunii reperiatur. Atque hinc fit, ut ab iisdem artificibus & Tabulis Prutenicis in intervallis ab initio Olympiadum ad primordium Nabonassaris, obitus Alexandri Magni, Iulii Cæsaris & Christi Dei sive Epochæ Christianæ p. 10 a. ut & p. 11. a. ordine positis insigniter aberretur, prout in ipsa Chronologia pluribus exponetur. Neque enim hæc perspicuitatis in profanis præsertim Epochis laus Dn. Dionysio Petavio Scaligeri quidem Adversario acerrimo vere autem Viro Maximo debita est deneganda. Imo ego ingenuè & grata mente confiteor me nunquam fortasse Scaligerum & Calvisium aliquo modo fuisse intellecturum, nisi Petavii librorum de doctrina temporum editorū cum summa diligentia compositorū & Scaligeri operibus oppositorū lectionē qualemcunq; adjunxissem. Vt tandē ad rem redeam, antequā prima Olympias cæpit, secundū Scaligeri & Petavii sententiā elapsi sunt anni Periodi Iulianæ cōpleti 3937 & (8. diebus Iulii jam omissis) 6. menses. At ab initio ejusdē Periodi Julianæ ad Mundi conditum Scaligerianū, prout supra præmissum est, effluxerunt anni 763. cōpleti & 9. menses fere. Si hi 763. anni & 9 menses ab annis 3937. & 6. mensibus subtrahantur, relinquuntur anni Mundi completi 3173. & 9 menses ad Olympiadum initium secundum Scaligerum elapsi, quia ratione annorum Mundi à Scaligero hic dissentit Petavius. Vnde Calvisius in Chronologia expresse ponit, quod eadem Olympias prima anno Mundi 3174. 9. Iulii cæperit. Et licet Calvisius huic anno Mundi 3174 annū Periodi Iulianæ 3938 correspondentem expresse non adjungat, quia [illegible] in re contra Scaligerum & [illegible] Chronologicum non [illegible]

peccat

peccat: eo ipso tamen eundem Periodi Julianæ annum 3938 non obscure innuit & notat, dū huic Mundi anno 3174 cyclum Solis 8 & Lunæ quintum in anno Periodi Julianæ 3938. πρώτως & primæ originis & sedis ratione contentos assignat. Sed cum eadem Olympias prima non in initio aut medio sed eum ultimo vel quadrante vel Sextante saltem ejusdem anni Mundi 3174 inchoata sit, & in concatenatione annorum in diversis Epochis consideratorum non quadrans cum quadrante, verbi causa, prior quadrans anni primi Olympiadici cū postremo quadrante anni Mundi 3174, prout Calvisius fecit, sed potius dodrans posterior sive 9 postremi Menses ejusdem anni primi Olympiadici cum dodrante priore sive cum 9. prioribus mensibus anni Mundi sequentis 3175 necessariò & meritò comparentur, cumque in eadem concatenatione semper à majori parte non autem à minori desumi debeat denominatio, quemadmodum etiam vulgo dicitur: à majori parte fieri debet denominatio; ideò satis hinc patet, quod annus primus Olympiadicus non possit esse annus Mundi 3174 sed 3175, licet prima Olympias in fine anni Mundi 3174. cœperit.

§.4. Denique Eusebii, Clementis, Hieronymi, Prosperi, Bedæ & Scaligeri consensu unanimi annus Excidii Hierosolymitani prioris hoc est annus Mundi secundum eundem Scaligerū Calvisiū & Dn. D. Behm 3360 finiens est annus olympiadicus 186 finiens sive cōpletus. Completus autē est hic annus Olympiadicus 186. 8. Julii, quia sequens 187. annus hoc est annus 35 in tertia Periodo Olympica, prout in §.5. monstrabitur, secundum Scaligerum & Calvisianum cæpit 9. Julii. Hierosolyma verò primo expugnata est die nono mensis quarti Hebræi Thamutz hoc est secundum Calendarium Mosaicum Astronomicum & Tychonicum die à cal. Januarii 182 1. Julii feria tertia; vel secundum Calendarium Judaicum tum quidem non usitatum die 183. 2 Julii feria quarta, quam 2. Julii Dn. Vbbo Emmius hic ponit, non autem secundum Calvisium die à calendis Jan. 185. 4 Julii feria sexta, quemadmodum nec dies 10mus mensis quinti, prout ide Calvisius in anno Mundi 3360 addit, est 3. Aug. feria prima, sed vel secundū Mosaica & Tychonica ratiocinia 31 Julii feria quinta vel secundum Judaica 1. Aug feria sexta.

Dum ergo annus Excidii, h. e. Mundi 3360. Scaligerianus cum anno Olympiadico 186 ab Autoribus illis concatenatur, eo ipso decunx posterior Olympiadicus sive 10 posteriores & postremi menses anni Olympiadici 186. cum deceunce priore sive cū prioribus 10. mensibus anni Mundi 3360mi non incongrue comparantur. Æquali numero videlicet 185. annis ab annis Mundi 3360 & annis Olympiadicis 186 subtracto, manent in residuo anni eodem modo sibi correspondentes videlicet annus primus Olympiadicus & annus Mundi 3175, quorum ille cæpit 9. Iulii, hic vero in Septembri. Ita annus olympiadicus 186 idem cum anno Excidii & Mundi 3360 secundum præcedentia conveniens juxta Scholii primi §. secundum est annus septimus in cyclo Sabatico & 28vus in cyclo Jobelæo, & proinde primus annus Olympiadicus est annus quartus in cyclo sabatico & 39nus in cyclo Jobelæo. *At* talis annus non est annus Mundi 3174 utpote annus tertius Sabaticus & 38vus Iobelæus; & proinde annus primus Olympiadicus non est annus Mundi 3174 sed 3175. Imo ipse Calvisius in reliquo contextu Chronologico meliore hoc modo annos Olympiadicos cum annis Mundi colligat. Sic Passio Dominica secundum *Ph*legontem incidit in annum Olympiadicum 808. & quidem secundum Scaligerum pariter & Calvisium in annum Epochæ Christianæ 33 & in annum Mundi 3982, quia in nullo alio anno eoque ab anno Christi 33. annis 3. vel 4. circiter remoto *P*lenilunium Paschale medium Astronomicum incidit in 3. Apr. feriā sextā, prout in Scholio 16 & Paschate quinto perspicuè demonstrabitur. Vnde annus Olympiadicus 808 secundum Calvisium quoque est annus Mundi 3982 à Dn. D. Behm econtra & Helvico cum anno Ep. Christianæ. 32. & cum anno Mundi 3981 immeritò concatenatꝰ, quemadmodū in Chronologico *P*etavii systemate annus Excidii Hiesolymitani prioris contra omnem antiquitatem constituitur annus Olympiadicus 188 non 186. Si ab annis Mundi 3982 & annis 808 Olympiadicis 807 anni subtrahantur, relinquuntur anni correspondentes idem annus primus Olympiadicus & annus Mundi 3175. Et tantum de annorum Olympiadicorum & Mundi legitima concatenatione.

§. 5. Di-

§. 5 Dicendum hinc aliquid est de cujusque Olympiadis initio vel initiali die eoque ipsi Scaligero & Calvisio plane diverso, quæ diversitas è sequenti tabula fieri & esse potest perspicua.

		Secundum Scaligerum	Secundum Calvisium
Incipit Olympias	Primâ	9 Iulii	9. Iulii
	Secunda	24 Iulii	25 Iulij
	Tertia	10 Iulii	11. Iulii
	Quarta	26 Iulii	27. Iulii
	Quinta	12 Iulii	13. Iulii
	Sexta	27 Julii	28. Iulii
	Septimâ	13 Iulii	14. Iulii
	Octava	29. Iulii	30. Iulii
	Nona	15 Iulii	16 Iulii
	Decima	31. Iulii	1. Augusti
	Vndecima	16. Iulii	17. Iulii
	Duodecima	1. Augusti	2. Augusti
	Decima tertia	18 Iulii	19 Iulii
	Decima quarta	3. Augusti	4. Aug.
	Decima quinta	20. Iulii	21. Iulii
	Decima sexta	4. Augusti	5. Aug.
	Decima septimâ	21. Iulii	22. Iulii
	Decima octava	6. Aug.	7. Aug.
	Decima nona	23. Iulii	24. Iulii

Dico hic Illustrem Josephum Scaligerum Olympiadum 18. posteriorum initiales dies veros apposuisse, unicâ Olympiade 10mâ excepta, in qua Scaliger vel humano more vel scriptione lapsꝰ loco 30mæ Julii posuit 31 Julii, Calvisium autem falsos. Probabo & demonstrabo hoc exercitii ergo in unico exemplo (infra enim plura exempla occurrent) & quidem in Olympiade secundâ, eamq; non 25. Iulii feria tertia sed 24 Iulii feria secunda inchoandam fuisse & à Scaligero jure inchoatam esse, Novilunio medio nō in 25. Iulii sed in 24. Iulii invento, sequenti calculo ostendam, sed his 2. præsuppo-

sitis

fitis, primò quod, quemadmodum prima Olympias secundum Scaligerum pariter & Petavium cæpit in anno *Periodi* Julianæ 3938, ita secunda in anno ejusdem Periodi Iulianæ 3942. inierit: 2. quod dies græcorum, Attico occasum spectante, sexta vespertina cæperit.

1. Per Tabulas nostras.

Ep.C*P*æ.	P.Jul.	M.	*Per*.Iud.	d	h	/	//	Sol.	Lu.	
25	25	25	25	102	8	35	46	14	9	
4712	3917	3153	2964A.	15	2	27	48	20	0	S
4737	3942	3178	2989	87	6	7	58	22	9	
4.Lunationes & Mer.differentia				118	10	4	13	*A*		
Novilunium Iulii medium				205	16	12	11	22	9	
6.Menses Iuliani				181	S.					
Iulii dies currens				24	16	12	11	22	9	

2. Per Tabulas Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
62	97	3	5	49	33	14	9	
3116 A	9	6	23	41	37	20	0	S
3178	87inc.3		6	7	56	22	9	
4.Lun.& diff.	118	6	10	4	13	A		
Iulij Novilunium	205 inc.2		16	12	9	22	9	

3. Per calendarium Judaicum

Ep.CPæ	P.Iul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/
26	26	26	26	274	4	81
4712	3917	3153	2964 A	9	10	60 S
4738	3943	3179	2990	264 inc.18		21
2. Lunationes Iudaicæ				59	1	506 S
Novilunium Iudaicum Iulii				305 inc.16		695

Novi-

Novilunium ſecundæ Olympiadis initiale & quidem poſt octavam Iulij in anno *Periodi Iulianæ* 3942 proximum non incidit in 25. Iulii feriam tertiam ſed in 24. Iulii feriā ſecundam. Et certe in hoc negotio commodiſſimꝰ eſt calendarii Judaici uſus. Vterq; enim & Iudæus & Atticus occaſū ſpectat, & diem civilē à ſexta hora veſpertina ſive ab occaſu Solis inchoat. Admonendus hic eſt lector, ſi in ſequentibus 17. Olympiadibꝰ ſimilis operatio δοκιμασίας ergo inſtituenda ſit, quod exceſſus non negligendus fuerit, quo exceſſu motus Lunaris Calippicus à Scaligero in Periodi Olympicæ cōpoſitione per πρόληψιν adhibitus motum Lunarem Tychonicum in unaquaque Olympiade ſive in quolibet quadriennio 18 / & 28 // horariis ſive 1108 // ſuperat, Ita pro Olympiade 10mà dico.

Olympias	//	Olympiades	//	h	/	//
1 —	1180	— 9 —	F. 9972 h.e. 2		46	12

1. Per Tabulas Syzygiarum noſtras.

Ep. CP.	P. Iuſ.	M.	Per. Iud.	d	h	/	//	Sol.	Lu.	
57	57	57	57	108	11	20	32	18	3	
4712	3917	3153	2964 A	15	2	27	48	20	0	S
4769	3974	3210	3021	93 inc.	8	52	44	26	3	
4. Lunationes & differentia				118	10	4	13			
Exceſſus inventus					2	46	12	A		
Novilunium Iulii				211 inc.	21	43	9	26	3	
6. Menſes				181	S					
Iulii dies currens				30	21	43	9	26	3	

2. Per calendarium Judaicum

Ep. CP.	P. Iul.	M.	Per. Iud.		d	h	/	
58	58	58	58		280	6	909	
4712	3017	3153	2964	A	9	10	60	S
4770	3975	3211	3022		270 inc.	20	849	
2. Lunationes Iudaicæ					59	1	506	S
Novilunium Iulii Iudaicum					211 inc.	19	343	
Exceſſus idem						2	828	A
Novilunium Iulii Olympicum					211 inc.	22	91	

Noviluníum Olympiadis *10*mæ initiale cadit non in diem *212* & *31* Iulii, prout Scaliger pósuit, multo autẽ minus in *213* diem & *1.* Augusti, prout Calvisius correxit, sed in diẽ *211* & *30* Iulii, nisi quis propter *22.* fere horas adhærentes *31*mam Iulii retinere velit. Perperam igitur & per injuriam Calvisius Scaligerum hic correxit, quia vel ad calculum hunc non respexit, vel, si respexit, tabularum propriarum usum non intellexit; & diem per operationem inventam in Olympiade quidem secunda *205*tam revera incompletam pro completa sumsit, in olympiade autem hac *10*ma diem *212* â Scaligero positam sine ullâ ratione unitate auxit. Periodus tota Scaligeri Olympica non duplici, prout Calvisiana habetur, sed unica tabula in 76. annis expansis comprehensa est hæc: Vide AA

§.6. Cæterum num Periodus olympica 76 annorum talis Scaligeriana & ante & post Metonis tempora hoc est ab annô Mundi 3174to Scaligeriano usque ad annum *3519* apud græcos & præsertim in Elide unquam vel nota vel usitata fuerit, hoc ipsum non tantũ infra in §.*23*. â Dn. Samuele Petito in dubium vocatur, & prorsus negatur: verum etiã à Dn. Dionysio Petavio toto fere l.*1*. de doctrina temp. refutatur. Vbi equidẽ in alia certiore quã in hac dubia quæstione Illustrem Ios. Scaligerum contra eundem Petavium defendere mallem, quem video & singulas Scaligeri rationes accuratè referre & pensitare, & ad Scaligeriana argumenta pleraque, quorũ alia aliis sunt fortiora, eruditissimè respondere, & tandem tamen, anni græcorũ quantitate vel Lunari hoc est 354 & *384* dierũ vel populari 360 dierum constitutâ, nullo autem ordine & methodo, quomodo â græcis in hac Lunari & populari anni forma intercalatum sit, & qua die quæque Olympias cœperit, additis, lectorem dubium ac incertum relinquere. Præmittam ante omnia sequentes hypotheses.

I. Græci annum aliquem alium præter hunc Olympiadicũ putâ vel Nabonassaræum vel Iulianum, quorum tamen neuter nominis ratione sub Olympiadum initium extitit, in arcanis habuerunt, in eoque irregularium & Olympicorum annorum initiales dies & præcipue *κένταυροι θέρινον* in *8*. Iulii communi sententia tempore pri-

mæ

AA Periodus Olympica Josephi Scaligeri

An. primæ Periodi.	Prima dies primi mensis		An. primæ Periodi.	Prima dies primi mensis		An. primæ Periodi.	Prima dies primi mensis	
1	9 Iul.		25	13 Iul.	Calv. 14.	49	18 Iulii	Calv. 19.
2	5 Aug.		26	10 Iul.		50	15 Iulii	
3	2 Aug.		27	6 Aug.		51	12 Iulii	
4	29 Iul.		28	2 Aug.		52	7 Aug.	
5	24 Iul.	Calv. 25.	29	29 Iul.	Calv. 30.	53	3 Aug.	Calv. 4.
6	21 Iul.		30	26 Iul.		54	31 Iulii	
7	18 Iul.		31	23 Iul.		55	28 Iul.	
8	14 Iul.		32	19 Iul.		56	24 Iul.	
9	10 Iul.	Calv. 11.	33	15 Iul.	Calv. 16.	57	20 Iul.	Calv. 21.
10	6 Aug.		34	12 Iul.		58	17 Iul.	
11	3 Aug.		35	9 Iul.		59	14 Iul.	
12	30 Iul.		36	4 Aug.		60	10 Iul.	
13	26 Iul.	Calv. 27	37	31 Iul.	vel 30	61	4 Aug.	Calv. 5.
14	23 Iul.		38	28 Iul.	Cal. 1.	62	1 Aug.	
15	20 Iul.		39	25 Iul.	Aug.	63	29 Iul.	
16	16 Iul.		40	21 Iul.		64	25 Iul.	
17	12 Iul.	Calv. 13.	41	16 Iul.	Calv. 17.	65	21 Iul.	Calv. 22.
18	9 Iulii		42	13 Iul.		66	18 Iul.	
19	5 Aug.		43	10 Iul.		67	15 Iul.	
20	1 Aug.		44	5 Aug.		68	11 Julii	
21	27 Iul.	Calv. 28.	45	1 Aug.	Calv. 2.	69	6 Aug.	Calv. 7.
22	24 Iul.		46	29 Iul.		70	3 Aug.	
23	21 Iul.		47	26 Iul.		71	31 Iul.	
24	17 Iul.		48	22 Iul.		72	27 Iul.	
						73	23 Iul.	Calv. 24.
						74	20 Iul.	
						75	17 Iul.	
						76	13 Iul.	

mæ Olympiadis situm notarunt. Hinc Dn. Vbbo Emmius eruditè & è Scaligeri mente refert, quod in Elide Basilæ Athenis verò Hierophantæ intercalandi hoc est motum Solis cum motu Lunæ in anno græcorum Politico conciliandi munus habuerint, anni Solaris quantitatem revera *I*ulianam revolutioni Solis proximè respondentem & è 365 diebus & 6 horis constantem in arcanis habuerint, easque 6. horas quarto quoque anno intercalaverint. Imo anni Iuliani vestigia in ipsa diluvii historia cernuntur non planę obscura, de qua re pluribus agitur in Chronologia.
2 Notandum deinde, quod Novilunia & *P*lenilunia media & præsertim de mense ad mensem sequentia non autem 3. 4. aut pluribus Lunationibus à se dissita multo minus in Periodo aliqua disposita, qualis *P*eriodus Harpali & Cleostrati fuit, agricolis & familias patrib9 assiduis & expertis non aut fuerint aut esse potuerint ignota. Hinc cum quæritur, utrum Periodus Scaligeri olympica 344 ante Metonē annis, post quos Metonis Enneadecaeteris introducta fuit, usitata
3 extiterit, usus tabularis verbi causa in *P*eriodo certa & artificiali comprehensus distinguend9 est ab usu populari φάνως & oculari.
4 Deniq; illud etiā determinandum esset; num in Olympiadibus 86 ante Metonem elapsis ratione initialium dierū constituendorum Novilunii quoque octavâ Julii die prioris, quæ tamen prioritas 15 dies superare non debet, ratio habenda sit, id quod Ill. Scaliger procul dubio hoc consilio ductus, quod Novilunium Olympiadis cujusque initiale post octavam Iulii proximum eligere facillimum sit & fuerit, nullibi facit, Petavius autem faciendum esse dicit, & tamen nihil certi exprimit, & utrum in annis Metonicis 102. usque ad primam Periodum Calippicā numeratis uti etiam in ipsis annis Calippicis ratione initialium dierum describendis Novilunium aliquod medium 27mâ Junii die, in qua Meton Solstitium æstivum deprehendit, prius Metonicos & Calippicos annos inchoare possit. In qua quæstione posteriore negativa, ut loquuntur, Scaligero ob eandem facilitatem placet, quemadmodū affirmativa *P*etavio. Et is tamen in affirmativa suâ sibi ipsi non constare videtur, dum infra & in primi anni Metonici initiali die determinanda Novilunium in 16. Julii secundum ipsum repertum & â 27 Junii luce 19 di-

ebus

ebus remotum, in nono anno Metonico 18 Julii συνοδον a 27 Iunii 21 diebus dissitam, & in anno Metonico 12mo 15tæ Julii Syzygiam ab eadem 27 Iunij 18 diebus distantem amplectitur, cum 16tæ Iunij Novilunium utpote 11 diebus, cum 17mæ Iunij Novilunium utpote 10 diebus, cum deniq; 14tæ Iunij Novilunium utpote 13 diebus ab eadem 27 Iunii dissita loco initialium dierum ponere & potuisset & debuisset, si hæc Petavii methodus Scaligerianæ contraria aut vera aut universalis esset, & in tota sua Metonis Tabula Enneadecaeterica l. 2 de doctrina temp.c.3 posita Noviluniorum falsos dies pro veris Scaligerianis diebus substituere conatur, prout paulo post in §.octavo in peculiari tabula monstrabitur & per operationes aliquot demonstrabitur. Ita contra eandem regulam propriam peccat Petavius in anno 12. Calippico, ubi 16tam Iulij itidem 19. diebus, in anno 13tio, ubi 15tam Iulij 18. diebus, in anno Calippico 21mo, ubi 17mam Iulij 20 diebus, in anno Cal. 32do, ubi 15tam Iulij itidem 18. diebus, in anno 40mo, ubi 17mam Iulij 20 diebus, in anno cal. 51mo, ubi iterū 15tam Iulij diebus 18, in anno cal. 59 deniq;, ubi rursus 16tam Iulij diebus 19 ab eadem Solstitij Metonici die & 27 Iunii remotas loco initialium dierum l. 2. de doctrina temp. c. 20 ponit. Vt ergo ad responsionem quæsitam probabilem tandem perveniamus, & quemlibet suo sensu abundare permittamus, licet Periodus Scaligeri Olympica tabulari, ut ita loquar, modo ante Metonem hoc est in 87 prioribus Olympiadibus non extiterit: res ipsa tamen ratione & naturæ & hominum curæ tum adfuit, hoc est, nō in Periodi Olympicæ tabula, quā prim9 Scaliger è suo ingenio addidit, expressa fuit, sed vel â Basilis vel ab Hierophantis vel ab alijs Astronomiæ & Oeconomicæ prudētiæ nō imperitis pro una quaq;, quæ instabat, Olympiade indagata & deinde publicata fuit. Et ita græci tam in Elide quā alibi habitantes licet alias diversissimis & distinctissimis annorū & mensium formis utentes sensuum ipsorū & aliorum adminiculorum â Iudæis etiā usurpatorū beneficio ipsum Novilunium Olympicum, quod Olympiadem proximè instantem erat inchoaturum idque post 8vam Iulij proximè secuturum & & per consequens Plenilunium quoque Olympicum ludis & certaminibus Olympicis consecratū vel sine ullius diei errore & præsci-

 re &

re & prædicere potuerunt, vel certe non multum & quidem nunquã ultra diem aut biduũ â Novilunio & Plenilunio illo quæsito aberrarunt, neque Periodus Scaligeri Olympica ratione initialium cujusque Olympiadis dierum hic jam considerata propterea falsa est; quia antiquis temporibus non ita fuit descripta, & tamen in rei veritate tacita servata & observata.

§.7 Quales autem & quot dierum anni inter primum, quintum, 9.13.17.21.25.29.33.37. 41.45.49.53.57.61.65. 69.& 73. annos Olympiadicos intermedij h. e. num secundũ Scaligerũ 360.361.362 390.391.& 392 dierum, an vero secundũ Petavium vel ex æquo 360 dierum an vero Lunares hoc est 353. 354. 355.383. 384 & 385. dierũ extiterint, cujusmodi anni in Calippica & Alexandræa Periodis fuerunt, licet in utramque partem argumenta adsint, tamen tam diu Periodum Scaligeri Olympicam ratione intermediorum quoq; annorũ retinendam esse existimarem, donec Dn. Petavius Periodũ Olympicam Scaligerianâ meliorẽ & composuerit & promulgaverit. Ideoq; unam atq; alterã Olympiadem seorsim consideremus, eamque cum Petaviana anni græci quantitate vel conferamus vel Petavio conferendam relinquamus. Prima Olympias, ipso Petavio nõ negante, iniit cum Novilunio nonæ Julii in anno Periodi Julianæ 3938, prout supra demonstratum fuit. Quæ causa ergo in prima Olympiade militat, ut videlicet 9na Julij post octavam Iulij proxima ideo primæ Olympiadis initialis dies sit, quia Novilunio medio eoque ipsi κέντρῳ θερινῷ sive octavæ Iulij proximo insignis extitit, eadem causa in reliquis quoque Olympiadibus vincat, ut videlicet nulla dies pro initiali Olympiadum sequentium 18 die habeatur, quæ non Novilunio medio vel Tychonico vel Calippico notata deprehendatur. Hoc jure Olympias secunda incipiet vel secundum Scaligerum cum 24tæ Julij non secundum Calvisium 25tæ Julij Novilunio supra inventoin anno Periodi Julianæ 3942 eoque Novilunio octavâ Julij die 16 diebus posteriore, vel secundum Petavium cum 25tæ Iunij ejusdem Anni Novilunio eoque eâdem octavâ Julij 14. saltem diebus priore, pro qua 25 Iunij Petavius l. 9. de doctrina temp. c. 39, 6 horis omissis, 24tam Junij ponit. Vnde prima Olympias continuit secundum Scaligeri mentem 1476 dies, quemadmodum secundum Petavii rationes 1447

Ita

Ita tertia Olympias sive annus Olympiadicus nonus sine controversia cæpit 10 Julii utpote Novilunio medio eoque ab 8. Julij 2. dieb9 remoto in anno Periodi Julianæ 3946 insigni, & proinde olympias secunda fuit vel secundum Scaligerum 1447 dierum vel secundũ Petavium, qui tamen nullibi Olympiadum reliquarum 17 initiales dies exprimit, 1476 dierum. Atq; ita primæ Olympiadi secundum Scaligerum quidem 1476 dierum & secundum Petavium 1447 dierum, quemadmodũ secundæ Olympiadi in quinto sexto septimo & octavo annis Olympiadicis comprehensæ secundum Scaligerum 1447 secundum Petavium vero 1476 dierum systemata in 4 annos Politicos Olympiadicos postea subdividenda ab ipsa natura cælesti sunt attributa. Quomodo jam 1476 & 1447 dierum systemata hæc inter 4. annos Olympiadicos vel Lunari vel alia ratione eáque à Scaligeriana diversa & in antiquitate fundata distribuendi sint, hoc ipse Petavius, cum nullibi id præstiterit, & non tantum Periodum Olympicam Scaligeri rejicere, verum etiã meliorem afferre & producere debuerit, melius ostenderit. De aliis jisque varijs Scaligeri Periodis à Petavio ibidem itidem rejectis & refutatis hic sollicitus non ero.

De annis Metonicis

§. 8. Annus primus Metonicus, ut reliquas Epochas omnes jam nõ addam, per adjunctã operationem Calvisio est annus Mundi 3518. & annus Olympiadicus 345, & proinde primus quoque annus Olympiadicus est annus Mundi 3174. At hoc posterius falsum: ergo & prius, quod videlicet primus annus Metonicus sit annus Mundi 3518, falsum erit.

Anni Mundi	*Olympici*	*Metonici*
3950	777	433
432	432	432 S
3518	345	1
344	344	S
3174	1	

Sed firmius argumentum è Syzygiarum & Calendarii Judaici tabulis desumere placet, &, cum primus annus Metonicus Scaligeri & Calvisii consensu 15tà Julij feria quintà in anno Mundi 3518. finiente

ente vel secundum Petavium 16. Julij feria sexta in anno Periodi Julianæ 4282 cum novilunio medio cæperit, ostendere hanc 15 Julii feriâ quintam vel 16. Julii feriam sextam Novilunio insignem nô nisi in fine anni Mundi 3518 Scaligeriani reperiri, & proinde annum primum Metonicum non cum anno Mundi 3518 sed cum anno Mundi 3519 combinandum esse.

1. Per Tabulas nostras Syzygiarum.

Ep.CP.	P.Jul.	Mundi	Per.Jud.	d	h	'	''	Sol.	Lu.
61	61	61	61	94	11	19	5	22	7
5016	4221	3457	3268 A	16	1	50	54	24	0 S
5077	4282	3518	3329	78	9	28	11	26	7.
4.Lunationes				118	2	56	13		
Differentia dierum Politicorum					6	0	0		
Differentia Meridiani Attici & Lips.					1	8	0 A		
Novilunium Iulij				196	19	32	24	26	7
6.Menses				181 S					
Julii dies currens				15 inc.	19	32	24	26	7

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii

Anni Mundi	d	f	h	'	''	Sol.	Lu.
22	89	1	14	23	38	2	7
3496 A	11	2	4	55	28	4	0 S
3518	78 inc.	6	9	28	10	26	7
4.Lun.&differentia	118	6	10	4	13	A	
Novil.Iulii	196 inc.	5	19	32	23	26	7

3. Per calendarium Judaicum nostrum

Ep. CP.	P.Jul.	Mundi.	Per. Iud.	d	h	'
62	62	62	61	266	6	886
5016	4221	3457	3268 A	10	9	260 S
5078	4283	3519	3330	255 inc.	21	626
2.Lunationes Judaicæ				59	1	506 S
Idem Iulij Novilunium Iudaicum				196 inc.	20	120

Cum

Cum Novilunium anni *Periodi* Iulianæ 4282. *Paschale fit* dies à cal. Ianuarii 78ma & 19 Martij, & prima Tisri Astronomica in anno Iudaico 3330 incunte fit dies à cal. Ianuarij 255ta, vel 4. Lunationibus additis vel duabus Lunationibus subtractis Noviluniũ Iulij vel sequens vel præcedens sine dubio competit diei à cal. Ian. 196tæ & 15tæ Iulij feriæ quintæ & quidem in anno Mundi 3518. & Iudaico 3329. quoad decuncem sive 10 priores menses completis, & proinde primus annus Metonicus non potest esse annus Mundi 2518 sed est 3519. Omnem lapidem Astronomicum *Petavius* l. 2. de doctrina temp. c. 9. & 13. hic movet, ut Novilunium hoc non 15tà Iulij feria quinta sed 16 Iulii feria sexta accidisse contra Scaligerum asseverare queat, primo quidem ex Epilogismis Lunaribus Novilunium secundum Tabulas Frisicas 15 Iulij 12 h 49/ post mediam noctem hoc est 18 h 49/ ab occasu Solis contingere concedit, hinc nihilominus ad Novilunium verum confugit, idque in Meridiano Frisico 16 Iulij o h 52/ à media nocte & in Meridiano Atheniensi 2 h 21/ & proinde 16 *I*ulij feriâ sextâ contigisse nec in alio die à Metone constitutum esse non veritatis sed novitatis & Scaligero contradicendi studio contendit.

§. 9. Eundem unius anni prochronismum commisit Calvisius quoque in Tabula Enneadecacteridis Metonicæ, quam insuper ut novo ita minime necessario tabulas citra necessitatẽ & contra Scaligeri mentem multiplicandi studio non tantum quadruplicavit sive 76. annorum Metonicorum expansorum constituit: verũ etiam annorum collectorum tabulâ superfluâ auxit. Nam in hac tabula annum Olympiadicum 344 facit annum Mundi 3517, & annum Olympiadicum sequentem 345 sive annũ primum Metonicũ annum Mundi 3518, qua ratione annus primus Olympiadicus iterum fit annus Mundi 3174. *ἄτοπον* hoc non tantum Calvisio verũ etiam Helvico in Theatro est usitatum. Nam & in hoc annus prim9 Olympiadis 87mæ hoc est annus Olympiadicus 345 est annus Mundi Scaligerianus 3518. Ita etiam Dn. Samuel *Petitus* Calvisium procul dubio secutus l. 4. Ecl. c. 7. annum Iphiti sive Olympiadicum 346 & annum secundum Metonicæ Enneadecacteridis facit annum

M Mundi

Mundi 3519, & proinde annum primũ Metonis annum Mundi 3518 & annum primum Olympiadicum annum Mundi 3174.

§.10. Et quemadmodum Calvisius supra initiales Olympiadum 18 postremarum dies immutavit: ita in Enneadecaeteride quoq; Metonica Scaligeri similem non tantum supervacaneam verum etiam erroneam correctionem instituit.

		Secundum Scalig.	*Secund. Calv.*	*Secund. Petavium*
Incipit Annus Metonicus	*4tus*	*12 Iulij*	*11 Iulij*	*13 Iulij*
	octavus	*28 Iunij*	*27 Iunij*	*29 Iunij*
	12mus	*14 Iulij*	*29 Iunij*	*15 Iulij*
	16tus	*30 Iunij*	*29 Iunij*	*1 Iulij*

Hic iterum dico Scaligerum non tantum a Calvisio verum etiam à Petavio per injuriam esse correctum. Sed quia dicere nõ est probare: ideo jam propter Calvisium saltem annum Metonicum 12mum & 16tum Novilunij ratione accuratius considerabimus, sed ita, ut ante omnia hæc 2. præsupponamus: 1. Quod, quemadmodum primus annus Metonicus secundum Scaligerum & Petavium anno Periodi Julianæ 4282 cæpit, ita annus 12mus, 11 ad 4282 additis, ejusdẽ Periodi Julianæ anno 4293. inierit: 2. quod motus Lunaris Metonicus superet motum Lunarem Tychonicum in quolibet anno 23/ & 35//horarijs hoc est 1415//, qua in re Scaliger Petavius & Calvisius fere consentiunt. Vna enim Lunatio Metonica continet secundũ Petavium l. 2. de doctrina temp.. 13 c. 29 d 12 h 45/57//26///48 IV vel 29 d 31/diaria 54//53///37 IV 1 V 16 VI & proinde maior existit mense Lunari Tychonico Synodico 1/54//horariis: unde 19 anni Metonici in una Enneadecaeteride contenti & 235. Lunationibus Metonicis cõprehensi majores sunt 235 Tychonicis Lunationibus 7h 27/41//33///56 IV 49 V 12 VI, pro quibus Scal. l. 2. de Emend. Temp. 7h 26/56//40/// ponit, quæ fere 448/horaria exhibent, & uni anno 23/35// attribuunt.

1. Pro

1. Pro Novilunio initiali anni 12mi Metonici.

Pro Excessu.

A	//		A	//	h	/	//
1 --	1415	————	11	F.15565	h.e.4	19	25

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

Ep.CPæ	P.Jul.	Mundi	Per.Iud		d	h	/	//	Sol.	L.
72	72	72	72		92	15	10	12	5	18
5016	4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	0S
5088	4293	3529	3340		76cō.13		19	18	9	18
4. Lunationes & differentia					118	10	4	13		
Excessus inventus						4	19	25		A
Novilunium Iulii Metonicum					195cōp.3		42	56	9	18
Dies incompleti					196					
6. Menses in anno bissextili					182	S				
Iulii dies currens					14	3	42	56	9	18
Dimidia Lunatio					14	18	22	2	S	
Plenilunium & Iunii dies currens					29	9	20	54	9	18

2. Per Syzygiarum Tabulas Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h.	/	//		Sol.	Lu.
33	87	6	18	14	48		13	18
3496 A	11	2	4	55	28		4	0S
3529	76cōpl.4		13	19	20		9	18
4. Lun. & diff.	118	6	10	4	13			
Excessus			4	19	25	A		
Novil. Julii	195 cōpl.4		3	42	58		9	18
Dies incompleti	196							

3. Per calendarium Judaicum superius.

Ep.CP.	P.Jul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/	
73	73	73	73	264	10	734	
5016	4221	3457	3268 A	10	9	260	S
5089.	4294	3530	3341	254 cõ.	1	474	
			Excessus		4	340	A
			Prima Tisri Metonica Astr.	254 cõpl.	5	814	
			2. Lunationes Judaicæ	59	1	506	S
			Novilunium Iulij Metonicum	195 cõpl.	4	308	
			Dies incompleti	196			

Neomenia civilis eaque anni Metonici 12mi initialis secundum hunc triplicem Epilogismum ipsumque Scaligerum est dies à cal. Ianuarij 196 14 Iulij feria quarta, non autem vel secundum Calvisium 29. Iunij ipsa *Plenilunij* dies, vel secundum *Petavium* 15 Iulij feria quinta. Ita etiam *Petavius*, ut ut ad Novilunium verum confugere voluerit, modo 6 horas illas more suo omiserit, nunquam 15tam Julii acquisiverit, quemadmodum cuilibet à 14 diebus incompletis & horis 4. horas illas 6 à Petavio negatas subtrahenti perspicuum esse poterit.

2. Pro Anno 16 Metonico

1. Per Syzyg Tabulas nostras.

Ep.CP.	P.Jul.	M.	Per.Iud.		d	h	/	//	Sol.	Lũ
76	76	76	76		108	3	52	49	9	3
5016	4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	0S
5092	4297	3533	3344		92 cõpl.	2	1	55	13	3
3. Lunationes & differentia					88	21	20	10		
Excessus in 15 annis						5	53	45	A	
Novilunium Junii Metonicũ					181 cõpl.	5	15	50	13	3
Dies incompleti					182					
5. Menses					152 S.					
Iunij dies currens					30	5	15	50	13	3

2. Per

2. Per calendarium Judaicum

Ep. CP.	P.Iul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/	
1	1	1	1	280	5	204	
5092	4297	3533	3344 A	10	15	40	S
5093	4298	3534	3345	269 cōpl.	14	164	
3. Lunationes Iudaicæ				88	14	219	S
Novilunium Junij Tychonicum				180 cōpl.	23	925	
Excessus					5	972	A
Novilunium Iunij Metonicum				181 cōpl.	5	8/7	
Dies incompleti				182			

3. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
37	103	6	6	57	22	17	3	
3496 A	11	2	4	55	28	4	0	S
3533	92 cō.	4	2	1	54	13	3	
3. Lun. & diff.	88	4	21	20	10			
Excessus in 15 annis			5	53	45	A		
Novil. Iulii Meton.	181 cō.	2	5	15	49	13	3	
Dies incompleti	182							

Sic ergo non tantum per Syzygiarum & Calendarii Iudaici nostras verū etiā per Calvisii tabulas dies initialis anni 16ti Metonici nō est dies à cal. Ianuarij 181. 29. Iunii feria 2da, sed est dies 182 30. Junii feria 2da, quia feria secunda in calculo è Calvisii tabulis desumto quidem provenit, neq; tamen 181mæ diei competit, idque in omnibus annis bissextilibus non tantum in Syzygiarum & Calendarii Iudaici verum etiam in Aequinoctiorum Tabulis Calvisianis evenit. Methodus hæc Calvisii superiori est contraria. Supra

pra enim in Olympiade secunda Calvisius diem 205tam revera incompletā sumebat pro completa: hic econtra diem 181mam revera completam accipit pro incompleta: quæ omnia maximam in Chronologia Calvisiana obscuritatem & confusionem causantur.

§.11. Sed placet integram Enneadecaeteridem Metonicam tam Scaligerianam & Calvisianam quam Petavianam propter Dionysium Petavium potissimum insuper ascribere.

Secundum.

Incipit annus Metonicus

	Jos. Scaligerum	Sethum Calvisium	Dionysium Petavium
1	Iulii die 15	Iulii die 15	Iulii die 16
2	5	5	6
3	24	24	Junij die 25
4	12	11	Iulii die 13
5	2	2	3
6	20	20	Iunii die 22
7	10	10	Iulii die 11
8	Iunii die 28	Iunii die 27	Iunii die 29
9	Iulii die 17	Iulii 17	Iulii die 18
10	7	7	8
11	25	25	Iunii die 27
12	14	Iunii die 29	Iulii die 15
13	3	Iulii die 3	4
14	22	22	Iunii die 24
15	12	12	Iulii die 13
16	Iunii die 30	Iunii die 29	1
17	Iulii die 19	Iulii die 19	Iunii die 20
18	8	8	Iulii die 9
19	27	27	Iulii die 29

Quo-

Quomodo Calvisius in anno Metonico 4to, octavo, 12mo & 16to Scaligerum per injuriam correxerit, paulo antemonstratum & demonstratum fuit. Considerabimus jam & examinabimus paucis correctionem Petavianam & quidem non in 4. solummodo annis sed in omnibus 19 annis non tantum Scaligero verum etiam cælo& Planetarum curriculo contrariam, si vel maxime Petavio hoc ex abundanti concedatur, quod & græcorum dies & præsertim Atheniensium non â sexta vespertina sed à media nocte cæperit, quodq; quodvis Novilunium, sive 27mam Iunij proxime præcedat sive sequatur, annum quemq, Metonicum & Calippicum inchoare possit. Vt primum annum Metonicum paulo ante consideratum omittam, in secundo anno Metonico nullum certè Novilunium medium incidit in 6. Julii sed in quintam: in tertio anno Metonico nullum Novilunium incidit in 25. Junii sed in 24. Junii, in anno 4to nullum Noviluniũ reperitur in 13 Julii sed in 12: in 5to anno non tertia Julii sed secunda Novilunio insignis est. Imo Novilunii character hic, si 6. horæ secundum Petavium omittendæ sint, primæ Julij non secundæ multo minus tertiæ Julii diei secundum subsequentem calculum competet.

Pro Excessu.

A		//		A	h	/	//
1	———	1415	———	4 F	1	34	20

i. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

Ep.CP.	P.Jul.	M.	Per.Jud.		d	h	/	//	Sol.	Lu.
65	65	65	65		110	0	1	42	26	11
5016	4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	0S
5081	4286	3522	3333		93	inc. 22	10	48	2	11
3.Lunationes & Merid.diff.					88	15	20	10		
Excessus inventus						1	34	20	A	
Noviluniũ Iulii Metonicũ					182	inc. 15	5	18	2	11
6.Menses Iuliani					181					S
Iulii dies currens					1	15	5	18	2	11

2, Per

2. Per calendarium Judaicum nostrum,

Ep.CP.	P.Jul.	Mundi	Per Iud.	d	h	/	
66	66	66	66	281	19	576	
5016	4221	3457	3268 A	10	9	260	S
5082	4287	3523	3334	271 inc.	10	316	
Subtractis 6.horis pro dierum diff.				271 inc.	4	316	
Excessus					1	612	A
Prima Tisri Astronomica Metonica				271 inc.	5	928	
3. Lunationes Judaicæ				88	14	219	S
Noviluniũ Iulii Metonicũ quæsitũ				182 inc.	15	709	

Ita in anno Metonico sexto Novilunium medium non occupat diem Junii 22dam, prout Petavius Scaligerum corrigit, sed 21mam Junii. In anno septimo Met. nullũ Novilunium medium invenietur in 11 Iulii sed in 10 Iulii, imò, 6 horis omissis, fere in 9 Julii. Lubet per tabulas nostras breviter hoc experiri.

Pro Excessu,

A	°	//	A		h	/	//
1	——	1415 ——	6	F.	2	21	30

Ep. CP.	P. Iul.	M.	Per. Iud.	d	h	/	//	Sol.	Lu.	
67	67	67	67	88	17	38	57	28	13	
5016	4221	3457	3268 A	16	1	50	54	24	0	S
5083	4288	3524	3335	72	15	48	3	4	13	
4.Lun.& Meridianorũ.diff.				118	4	4	13			
Excessus inventus					2	21	30	A		
Novil. Iulii Metonicum				190 inc.	22	13	46	4	13	
6. Menses				181	S					
Iulii dies currens				9	22	13	46	4	13	

Dum

Dum ergo Ill. Scaligerum hic Dn. Petavius corrigit, & in 10mæ Iulii locum 11mam Julii ponit, hoc ipsum non tantum sine ratione verum etiã contra omnem rationem Astronomicã facit. Simili ratione in anno Metonico 8vo nulla σύνοδος media reperitur vel secundum Calvisium in 27. Iunii vel secundum Petavium in 29. Junii sed in sola 28. Iunii.

Pro Excessu.

A	//	A	h	/	//
1 ——————	1415 ———	—7 F	2	45	5

1. Per Syzygiarum Tabulas nostras.

Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.		d	h	/	//	Sol.	Lu.
68	68	65		106	15	11	38	1	14
4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	0S
4289	3525	3336		90 cõp.	13	20	44	5	14
3. Lunationes & Merid. diff.				88	15	20	10		
Excessus inventus					2	45	5 A		
Noviluniũ Iunii Metonicũ				179 cõpl.	7	25	59	5	14
Dies incompleti				180					
5. Menses Juliani				152					S
Iunii dies currens				28 .	7	25	59	5	14

2. Per Syzygiarum Tabulas Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
29	101	1	18	16	11	9	14	
3496A	11	2	4	55	28	4	0	S
3525	90 cõ.	6	13	20	43	5	14	
3. Lun. & diff.	88	4	15	20	10			
Excessus in 7 annis			2	45	5 A			
Novil. Iun. Meton.	179	4	7	25	58	5	14	
Dies incompleti	180							

N 3. Per

3. Per calendarium Judaicum superius.

Ep.CP.	P.Jul.	Mundi	Per Iud.	d	h	/	
69	69	69	69	278	10	757	
5016	4221	3457	3268 A	10	9	260	S
5085	4290	3526	3337	268 cõp. 1		497	
	Et 6. horis Subtractis			267 cõ. 19		497 p.M.N.	
	Excessus				2	810	A
	Prima Tisri Metonica			267 cõp. 22		227 à M. N.	
	3. Lunationes Judaicæ			88 cõp. 14		219	S
Noviluniũ Iunii Metonicũ quæsitũ				179 cõpl. 8		8	
	Dies incompleti			180			

Eodem modo nullum Novilunium medium consistis in anno Metonico 9no in 18vâ Iulii sed in 17 Iulii, nullum item in anno Metonico 10mo in 8 Julii sed in 7. Iulii, imo, 6 horis omissis, in 6 Iulii per sequentem calculum.

Pro Excessu.

A	//	A		h	/	//
1	1415	9	F.	3	32	15

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

P.Jul.	Mundi	Per.Iud.		d	h	/	//	Sol.	L.
70	70	70		85	8	48	53	3	16
4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	06
4291	3527	3338		69 in.	6	57	59	7	16
	4. Lunationes & differentia			118	4	4	13		
	Excessus inventus				3	32	15		A
Novilunium Iulii Metonicum				187 inc.	14	34	27	7	16
	6. Menses			181	S				
	Iulii dies currens			6	14	34	27	7	16

Sic

Sic Novilunium medium occupat in initio anni 11mi Metonici non 27 Iunii sed 26. Iunii, in anno 12 Metonico non 15. Iulii sed 14tam Iulii, vel etiam, 6. horis ademtis, 13tiam Iulii, prout paulo ante demonstratum est, in anno Metonico 13tio non 4. Iulii sed 3tiam Iulii, in anno Metonico 14. non 24tam Iunii, sed 22dam Iunii, in anno 15to non 13tiã Iulii sed 12 Julii, in anno 16to non 1 Iulii sed 30. Iunii, quod itidẽ supra demonstratũ est, in anno 17mo Metonico non 20mam Iunii sed 19nam Iunii, in anno Metonico 18vo non 9nam Iulii sed octavam Iulii, & denique in anno Enneadecaeteridis Metonicæ ultimo & 19no non 29. Iunii sed 27 Iunii. Vt cum clausula hujus §. omnia bona & vera sint, placet calculum sequentem subjicere.

Pro Excessu.

A	//	A		h	/	//
1 ———	1415 ——	18	F	7	4	30

Per. Iul.	M.	Per. Ind.		d	h	/	//	Sol.	Lu.	
3	3	3		106	0	53	31	20	6	
4297	3533	3344	A	16	7	41	40	4	0	S
4300	3536	3347		89in.	17	11	51	16	6	
3. Lun. & diff. Mer.				88	15	20	10			
Excessus inventus					7	4	30	A		
Novil. Iunii quæsitum				178inc.	15	36	31	16	6	
5. Menses				151		S				
Iunii dies currens				27	15	36	31	16	6	

Quod erat demonstrandum.

§. 12. Non omittendus hic est sequens Calvisii error, dum Periodum Scaligeri Olympicam ultra Metonicæ Enneadecaeteridis initium hoc est ultra annum Olympiadicum 344. vel 348 ratione usus Politici non multum extendendam non tantum post eandem Enneadecaeteridem hoc est ultra annũ Mundi 3518. verum etiam post

Calippicam & Alexandræam *Periodos* hoc eſt ultra annum Mundi 3610 & 3638 continuat, & ludicrorum Olympicorum dies etiam poſt Metonis & Calippi tempora è *Periodo* Scaligeri Olympica deſumtos annotat, cum tamen calendarium prius verbi cauſa Olympicum abrogatum ſit per ſequens melius Metonicum, & hoc viciſſim vel per Calippicum vel per Alexandeæum. Ita Olympias 87ma, cum qua Metonis Enneadecaeteris incipit, acta fuit, prout Calviſius in anno Mundi 3518 ponit, 30 Iulii, & proinde 16. *Iulii* cæpit. At ſecundum ipſum Calviſium ejusque periodum olympicam erroneam eadem Olympias 87ma eaque in Enneadecade Olympica 1ma incipit 17. Iulii. Manifeſta eſt hæc ἀντιλογία. At eadem Olympias 87ma revera cæpit 15ta Iulii ipsâ die primi anni Metonici initiali, Cum enim Enneadecaeteris Metonis *Aſtronomi* tum temporis celeberrimi, utpote qui una cum Euctemone, *Ptolomæo* l. 3. c. 1. μεγάλης συντάξεως teſtante, in anni Olympiadici 344 hoc eſt anni Mundi 3518 vi fine ſolſtitium æſtivum in 27 *Iunii* per obſervationem deprehendit, quæ 27 Iunii ab eo tempore ſine dubio κέντρον θερινὸν evaſit, inventum procul dubio tum famoſiſſimum & gratiſſimum fuerit, cur non græci Harpali & Cleoſtrati *Periodis* ante Metonem circumducti vel ipſam Olympiadem 87mam potius eſt Novilunio tum temporis in 15ta *Iulii* â Metone invento quam cum 16. aut 17 Iulii inchoaverint, vel certè ſequentes 24 Olympiades ratione ludicrorum Olympicorum ſecundum Metonis conſilium *Aſtronomicum* ordinaverint? Scaliger quidem l. 2. de Em. temp. p. 82 refert anno quarto Metonico hoc eſt anno Olympiadico 348 & Mundi Scaligeriano 3522 nondum ab *Athenienſibus* Cyclum Metonis fuiſſe receptū, id quod etiam Dn. Samuel *Petitus* l. 4. Eclog. c. 7. ut et *Petavius* l. 2. de doct. temp. c. 11. objiciunt. Deinde tamen Scaliger eundem Metonis cyclum ab iisdem Athenienſibus receptum eſſe addit, & verſus quoque ſequentes Avieni, qui hoc probent, adjicit:

tenuit rem Græcia ſolers
Protinus, & longos inventam miſit in annos,
Inſeditque animis &c.

Per quos longos annos tamen plures, quam 102 ad Calippicam vel 120 ad Alexandræam Periodos elapſi intelligi nequeunt.

Ita

Ita etiam Calvisius Periodum 19. annorum Metonicam utpote Cleostrati & Harpali Octacteride multo meliorem cupidè à græcis receptam esse in c. 9. Isagoges retulit. Et ita Olympias 88va hoc est annus Olympiadic9 349 hoc est, 349 per 76 divisis, annus 45 in quinta Periodo Olympica incipit quidem 2dum Periodũ Scaligeri olympicam supra propositam eamq; jam non amplius practicam sed saltem theoreticam 1. Aug. vel secundum Calvisium 2. Augusti. At cùm græcis Solstitii æstivi ab 8. Iulii ad 27 mam Iunii regressus per Metonis & Euctemonis nobilem illam observationem tum innotuerit, cur iidem græci eandem Olympiadem 88vam vel 1. vel 2. Augusti, quæ à 27ma Iunii die 36 diebus absunt, non autem 2. Iulii die, quo quintus annus Metonicus cum anno Olympiadico 349. plane idem secundum Scaligerum & Calvisium incipit, inchoaverint? Non ergo Olympias 88va 15 Augusti sed 16. Julii acta est. Ita Olympias 89. non 1. Augusti secundum Calvisium in anno Mundi 3526 acta est, sedpotius 31. Iulii, quia nonus annus Metonicus hoc est annus Olympiadicus 353 secundum Scaligerum ipsumque Calvisium incipit 17 Iulii. Olympias 90ma non 17 Augusti secundum eundem Calvisiũ in anno Mundi 3530 sed 17 Iulii acta est, quia 13tius annus Metonicus secundum Scaligerum & Calvisium 3. Iulii incipit: & tandem Olympias 91. nõ 3. Aug, secundum Calvisium in anno Mundi 3534. celebrata fuit, sed 2. Aug. quia 17mus annus Metonicus secundum Scaligerum & Calvisium cum 19 Iulii init. Sic in exemplo illo nativitatis Alexandri M. nobili à Calvisio in c. 8. Isagoges pertractato annus Olympiadis 106tæ sive annus Olympiadi 421. hoc est annus Metonicus 77mus sive annus primus quintæ Enneadecacteridis Metonicæ secundũ Scal. pariter & Calvisium 15 Iulii est inchoandus, non autem 17 Iulii, quã Calvisij, vel 16 Iulii, quã diem Scaligeri Periodus Olympica suppeditat, quia annus Olympiadicus 421 annus 41mus in utraque periodo extat: & proinde Indicrũm Olympicum celebratum est non secundum Calvisium in anno Mundi 3594. 30 Iulii, sed 29 Iulii, licet non 30 sed 31 Iulii reperiatur, si 17 dieb9 Julii 14 dies addantur. Idẽ diei vel bidui vel etiã integri mensis metachronismus in Calvisii Chronologia occurret in Olympiade 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106

107,108,109,110,111, & 112, quia post hanc prima Calippica Periodus incepit. Hinc Scaliger l.2.de Emen. temp. p.82. dicit, quod Neomeniæ Metonicæ & Calippicæ antevertant Neomenias Tetraeteridum sive Olympicas mense integro aliquando autem paucioribus diebus.

De annis Calippicis.

Anni Mundi	Olymp.	Metonici	Calippici	
3950	777	433	331	
330	330	330	330	S
3620	447	103	1	
102	102	102	S	
3518	345	1		
344	344	S		
3174	1			

Annus primus Calippicus per adjunctam operationem est annus Mundi 3620, annus Olympiadicus 447 & annus Metonicus 103. Ita etiam primus annus Metonicus iterum est annus Mundi 3518 & annus Olymp. 345. & proinde primus annus Olympiadicus quoque est annus Mundi 3174. At primus annus Metonicus non est annus Mundi 3518 sed 3519, prout supra demonstratum est, & proinde annus quoq; primus Calippicus non est annus Mundi 3620, sed 3621. Accedat huc sequens calculus è fundamento hoc tam Scaligeriano quã Petaviano desumtus, quod videlicet primus annus Calippicus inierit cum 28 Iunii sive die à cal. Ianuarii 179 feria tertia anni Periodi Iulianæ 4384 eaque Novilunio aliquo medio notabili.

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

P.Jul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/	//	Sol.	L.
11	11	11	107	13	34	42	28	14
4373	3609	3420 A	16	13	32	26	12	0 S
4384	3620	3431	91 inc.	0	2	16	16	14
3. Lun. & Mer. & Dierũ diff.			88	21	20	10		A
Novilunium Junii			179 inc.	21	22	26	16	14
5. Menses			151					S
Iunij dies currens			28	21	22	26	16	14

2. Per

2 Per Syzygiarum Tabulas Calvisii.

Anni Mundi		d	f	h	/	//	Sol.	Lu.
48		102	4	10	48	29	28	14
3571	A	11	5	10	46	14	12	0 S
3620		91 inc.	6	0	2	15	16	14
3. Lun. & diff.		88	4	21	20	10	A	
	Novil. Junii	179 inc.	3	21	22	25	16	14

In anno *Periodi Iulianæ* 4384 ad medietatem fere & in anno Mundi 3620 & Judaico 3431 quoad dodrantem elapsis Noviluniũ medium idque 27mæ Junii proximum cadit in diem à cal. Jan. 179 28. Junii feriâ tertiâ, 179 diebus adhærent 21h 22/25//, quorum loco *Petavius* l. 2. de doctrina temp. c. 20. 28. d. Iunii 3. f. 15 h & 16/ ponit, quia 6. horas omittit. Primus ergo annus Calippicus non est annus Mundi Scaligerianus 3620 sed 3621. Simul autem hinc apparet, quod Calippus, primo primæ *Periodi* suæ Novilunio in 28 Junii constituto, jam non amplius octavam Iulii diem; prout ante Metonem in Periodo olympica fieri solebat, pro τροπαῖς θερειναῖς habuerit, sed ad Solstitii æstivi, quod tamen tempore Calippi à 27 Iunii ad 26. Iunii jam regressum erat, diem Metonicam & 27 Junii respexerit: unde Scaliger omnia Novilunia tam in Metonica 19 quam in Calippica 76 annorum Periodis initialia 27mâ Junii hac posteriora ponit, cum econtra Petavius quædam ejusmodi Novilunia eadem 27ma Junii priora exhibeat. Apparet ergo hinc quoq;, quod, Periodo Calippica vel sola inchoata vel una cum Metonica continuata, Olympica Periodus plane desierit. Petavius variis in locis asserit, quod Periodus Calippica nunquam in usum civilem pervenerit. Si quis huic assertioni fidem habere maluerit, ei Periodum Metonicam usque ad ipsam Periodum Alexandræam ratione usus Politici extendere & discrepantiam non adeo magnam in sequenti tabula cernere licebit.

Incid-

Incipit		Annus	
Metonicus		Calippicus	
103	Junii 28	1	Iunii 28
104	Iulii 17	2	Julii 16
105	Jul. 7	3	Julii 6
106	Iul. 25	4	Julii 25
107	Iul. 14	5	Iulii 14
108	Jul. 3	6	Julii 2
109	Iul. 22	7	Julii 21
110	Jul. 12	8	Julii 11
111	Iunii 30	9	Junii 30
112	Iul. 19	10	Julii 18
113	Jul. 8	11	Iulii 7
114	Iul. 27	12	Iulii 26
115	Jul. 15	13	Julii 16
116	Jul. 5	14	Julii 4
117	Iul. 24	15	Julii 23
118	Iul. 12	16	Iulij 12
119	Iul. 2	17	Iulii 2
120	Iul. 20	18	Julii 20
121	Iul. 10	19	Julii 9
122	Jun. 28	20	Iunii 28

Licet annus Metonicus 103 & primus annus Calippicus, annus Metonicus 106 & quartus Calippicus, annus Metonicus 107 & quintus Calippicus, annus Metonicus 118 & annus Calippicus 16, & annus deniq; Metonicus 120 & 18 Calippicus iisdem diebus incipiant; in reliquis tamen annis unius diei discrepantia eaque ratione annorum Calippicorum in motu Lunari fundata cernitur. Sic annus Metonicus 108 init cum 3, Iulii, annus vero Calippicus 6tus secundum calculum sequentem 2. Julii.

I. Per

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

P. Jul.	Mundi	Per. Iud.		d	h	'	''	Sol. L.
16	16	16		111	11	5	57	5 19
4373	3609	3420	A	16	13	32	26	12 0 S
4389	3625	3436		94 cō.	21	33	31	21 19
4. Lunationes & differentia				88	21	20	10 A	
Noviluniũ Iulii Tychonicũ				183 cō.	18	53	41	21 19
Dies incompleti				184				
6. Menses				182			S	
Iulii dies currens				2	18	53	41	21 19

3. Per calendarium Judaicum superius.

Ep. CP.	P. Jul.	Mundi	Per Iud.	d	h	'	
17	17	17	17	253	17	905	
5168	4373	3609	3420 A	10	20	900	S
5185	4390	3626	3437	242 cōp.	21	5	
2. Lunationes Judaicæ				59	1	506	S
Noviluniũ Iulii Judaicum				183 cōpl.	19	579	
Dies incompleti				184			

Sed restat 28væ Junii Novilunium per Calendarium Judaicum inquirendum.

3. Per calendarium Judaicum.

Ep. CP.	Per. Iul.	M.	Per. Iud.	d	h	'
12	12	12	12	279	9	52
5168	4373	3609	3420 A	10	20	900 S
5180	4385	3621	3432 A	268 inc.	12	232
3. Lun. Iudaicæ				88	14	219 S
Novilunium Iunii Iudaicum quæsitum				179 inc.	22	13
5. Menses Iuliani & in anno communi				151 S		
Iunii dies currens				28	22	13

O Si

Si prima Tisri Astronomica Anni *Mundi* 3621 & anni Iudaici 3432 ineuntium est dies à cal. Ianuarii 268, *erit certe*, 3. Lunationibus subtractis, Neomenia tertii mensis in annis *Mundi* 3620 & Judaico 3431. finientibus praecedentis diesà cal. *Ian*. 179. 28. *Iunii* feria tertia, & proinde primus annus Calippicus non potest esse annus *Mundi* Scaligerianus 3620, quia de hoc anno *Mundi*, antequam primus annus Calippicus incipiebat, jam 9. menses elapsi erant, sed est annus *Mundi* 3621.

§. 14. *Idē* unius anni prochronismus nō tantū Helvico in Theatro est usitatus, verum etiam à Calvisio in Periodi Calippicae altera parte, quae c. 9. *Isagoges* extat, in biennii prochronismum permutatus. Nam in ea tabula Calvisii annus primus Calippicus hoc est annus Olympiadicus 447 conjungitur cum anno *Mundi* 3619, quemadmodum annus Calippicus 77 hoc est annus primus in secunda *Periodo* calippica sive annus Olympiadicus 523 cum anno *Mundi* 3695; unde per operationem superioribus operationibus similem annus Calippicus primus fit annus *Mundi* 3619, & annus primus Olympiadicus evadit annus *Mundi* 3173, cum tamen supra ab eod. Calvisio idem primus annus Olympiadicus constitutus sit annus *Mundi* 3174, quemadmodum primus annus Calippicus annus *Mundi* 3620.

Anni Mundi	Olymp.	Calip.	
3695	523	77	
76	76	76	S
3619	447	1	
446	446		S
3173	1		

§. 15. *Ita* idem Calvisius in ejusdem *Periodi* Calippicae certis quibusdam annis iisque in annos *Iulianos* bissextiles incurrentibus sequentem correctionem itidem non tantum supervacaneam verum etiam erroneam sequenti modo instituit, qui tamen simul correctionem *Petavianam* exhibebit.

An-

	Scaligerum	Calvisium	Petavium
II	16 Julii	15 Julii	16 Julii
VI	2 Julii	1 Iulii	2 Iulii
X	18 Iulii	17 Julii	18 Iunii
XIV	4 Julii	3 Julii	4 Iulii
XVIII	20 Julii	19 Julii	20 Iunii
XXII	6 Iulii	5 Julii	5 Iulii
XXVI	21 Julii	20 Julii	21 Iunii
XXX	7 Julii	6 Iulii	7 Iulii
XXXIV	23 Julii	22 Iulii	23 Iunii
XXXVIII	9 Iulii	8 Julii	8 Iulii
XLII	24 Iulii	23 Julii	24 Iunii
XLVI	10 Iulii	9 Julii	10 Iulii
L	26 Iulii	25 Iulii	26 Iunii
LIV	12 Iulii	11 Julii	11 Iulii
LVIII	28 Iunii	27 Iunii	27 Iunii
LXII	13 Julii	12 Iulii	13 Iulii
LXVI	29 Iunii	28 Iunii	29 Iunii
LXX	15 Iulii	14 Iulii	14 Iulii
LXXIV	1 Iulii	30 Iunii	30 Iunii

Et ita in aliarum quoque Periodorum Calippicarum annis in annos Julianos bissextiles incurrentibus, ut de reliquis 57 annis jam nihil addã, semper quidẽ Calvisius à Scaligero nonnunquam vero Petavius ab utroque dissentiunt: cum tamen Ill. Scaliger dies quorumque primæ præsertim Periodi Calippicæ annorum initiales dies è fundamentis Astronomicis desumtos posuerit. Sed quia dicere iterum non est probare multo minus demonstrare, age experiamur hoc in anno Calippico secundo & sexto, quorum ille secundum Sca

ligerum pariter & *Petavium* inijt in anno *Periodi* Iulianæ 4385 hic in anno 4389 una cum tali Novilunio; quod 27mam *Iunii* proxime sequitur.

Pro Anno secundo Calippico.

Quia Periodus Calippica novam Epocham constituit, ideo sub ejus initium excessus non à principio Olympiadum aut *Metonis* sed ab exordio primæ periodi Calippicæ deinceps computandi hic nulla ratio habetur.

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Per. Iul.	Mundi	Per. Iud.	d	h	/	//	Sol.	L.
12	12	12	95	22	23	20	1	15
4373	3609	3420 *A*	16	13	32	26	12	0 S
4385	3621	3432	79 cōpl.	8	50	54	17	15
4. Lunationes & differentia			118	10	4	13 A		
Novilunium *Iulii*			197 cōp.	18	55	7	17	15
Dies incompleti			198					
6. Menses Iuliani			182					S
Iulii dies currens			16	18	55	7	17	15

Novilunium hoc Tychonicum medium Athenis jam consideratum, quod secundum Scaligerū & Petavium annum secundū Calippicum inchoat, occupat in annō *Mundi* 3621 finiente diem à cal. Januarii 198 16 *Iulii* feriā secundā, non autem secundū *Calvisium* diem 197, quā Calvisius completam pro incompleta sumit, & nihilominus 15tā *Iulii* 2dam feriā ponit, quia 15 Iulii in hoc anno non est feria secunda sed primā. At idem annus secundus Calippicus secundum *Metonicam* Periodum cæpisset 17 *Iulii* & secundum Olympicam 11 *Iulii*: unde Calippica correctio maxime necessaria fuit. Consentit cum Scaligero Petavius, dum l. 2. de doctr. temp. c. 20. anno huic secūdo Calippico non tantū annum Periodi Julianæ 4385 eundem, verùm etiam 16 d Julii 2 f 12 h & 43 / à *M. N.*

hoc

hoc est 18 h ab occasu solis ascribit, quia suo consilio ductus 6 horas illas tanquam diei Attici & Romani sive Christiani differentiã omittit. Annus ergo Calippicus secundus per hunc calculum evadit annus Mundi 3622, & proinde annus primus Calippicus est annus Mundi 3621 non 3620 multo minus autem 3619.

2. Per Tabulas Syzyg. Calvisii.

Anni Mundi		d	f	h	/	//		Sol.	Lu.
49		90	1	19	37	7		1	15
3572	A	11	5	10	46	14		12	0 S
3621		79 cõ.3		8	50	53		17	15
4. Lun.& diff.		118	6	10	4	13	A		
Novil. Julii		197 cõ.2		18	55	6		17	15
Dies incõpleti 198									

Secundus annus Calippicus secundum Tabulas Syzygiarum Calvisianas in anno Mundi 3621. finiente incipit die 16 Iul. feria 2dâ non autem 15 Iulii feria secunda, prout Calvisius in Periodo sua Calippica posuit, cum 15ta Iulii in hoc anno feria secunda esse non possit. Ita secundum easdem tabulas idem annus secundus Calippicus est annus Mundi 3622, & proinde primus annus Calippicus est annus Mundi 3621, non 3620, non 3619. Hic calculus adeo perspicuus est, ut, si ipse Calvisius ὁ ἐν ἁγίοις in vivis esset, (atq; utinam esset) calculum illum vel negare vel rejicere non posset. Sed adjiciamus ex abundanti calculum Judaicum.

3. Per calendarium Judaicum.

Ep.CPæ	Per.Iul.	Mundi	Per Iud.		d	h	/	
13	13	13	13		267	17	928	
5168	4373	3609	3410	A	10	20	900	S
5181	4386	3622	3423		256 cõpl.	21	28	
	2. Lunationes Judaicæ				59	1	506	S
Novilunium Julii Iudaicum quæsitum					197 cõpl.	19	602	
	Dies incompleti				198 & supra			

 Pro

Pro Anno sexto Calippico,

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.		d	h	/	//		Sol.	Lu.
16	16	16		111	11	5	57		5	19
4373	3609	3420	A	16	13	32	26		12	0 S
4389	3625	3436		94 cōpl.	21	33	31		21	19
3. Lunationes & diff.				88	21	20	10			
Excessus in 5. Annis						23	5	A		
Noviluniū Iulii Calippicū				183 cōpl.	19	16	46		21	19
Dies incompleti				184						
6. Menses				182						S
Iulii dies currens				2	19	16	46		21	19

2. Per Syzyg. Tabulas Calvisii.

Anni Mundi		d	f	h	/	//		Sol.	Lu.	
53		106	1	8	19	44		5	19	
3572	A	11	5	10	46	14		12	0	S
3625		94 cō.	2	21	33	30		21	19	
3. Lun. & Diff.		88	4	21	20	10				
Excessus idem					23	5	A			
Novil. Julii		183 cō.	7	19	16	45		21	19	
Dies incompleti		184			ut supra					

3. Per calendarium Judaicum.

Ep. CP.	Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.		d	h	/	
17	17	17	17		253	17	905	
5168	4373	3609	3420	A	10	20	900	S
5185	4390	3626	3437		242 cōpl.	21	5	
2. Lunationes Iudaicæ					59	1	506	S
Novilunium Julii Iudaicum					183 cōpl.	19	579	
Excessus							396	A
Novilunium Iulii Calippicum					183 cōp.	19	975	
Dies incompleti					184 ut supra			

Ex

Ex hoc triplici Epilogiſmo ad oculum apparet, quod Novilunium hoc medium Calippicum idque anni ſexti Calippici in anno Per. Iul. 4389. & in anno Mundi 3625 finiente initiale factum, ſit Athenis die à calendis Januarii 184ta 2 Iulii feria ſeptima: qua in re Petavius cum Scaligero iterum conſentit, quia l. 2. de doctrina temp. c. 20, 6. horis illis ut & Exceſſu omiſſis, 2. d Iulii 7 f. 13 h. 0/ anno Calippico ſexto & anno Periodi Iulianæ 4389 apponit. Calviſius autem, quia diem à cal. Januarii 183tiam, quam utpote cyclo Sol. 21 & in anno biſſextili pro completa ſumere debuiſſet, hic pro incompleta ſumit, non tantum à Petavio verum etiam à Scaligero diſſentit, ideoque diem à cal. Ianuarii 183 primam Iulii itidem feriâ 7mâ non ſine errore ſubſtituit, quia 1. Iulii in hoc anno fer. ſeptima eſſe non potuit. Econtra annus Metonicus 108 anno Calippico ſexto reſpondens ſupra incipiebat 3. Iulii, quemadmodum annus Olympiadicus 452 dus 27 Iulii.

§. 16. Eodemque modo Calviſius in reliquis 17 annis Calippicis ſupra in tabula poſitis in annos biſſextiles incurrentibus, anno Calippico quinto & 21mo exceptis, præter cauſam & meritum imo contra ipſum Lunarem motum à Scaligero Præceptore optime merito diſſentit, prout in ipſa Chronologia demonſtrandum erit. Nam in quinto anno Calippico Novilunium medium incidit non in 15 Iulii, prout Scaliger poſuit, ſed in 14 Iulii, ut Calviſius correxit, Petavius probavit, & ſequens calculus comprobabit.

Pro anno Calippico quinto.

1. per noſtras Syzygiarum Tabulas.

Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.	d	h	/	//	Sol.	L.	
15	15	15	93	13	33	16	4	18	
4373	3609	3420 A	16	13	32	26	12.	9	S
4385	3624	3435	77 inc.	0	0	50	20	18	
4. Lunationes & diff.			118	10	4	13			
Exceſſus in 4. annis					18	28			A
Novilunium Iulii Calipp.			195 inc.	10	23	31	20	18	
6. Menſes			181						S
Julii dies currens			14	10	23	31	20	18	

2. Per

2.per Calendarium Judaicum superius.

Ep.CPæ	Per.Jul.	Mundi	Per.Jud.	d	h	/
16	16	16	16	265	9	29
5168	4373	3609	3420 A	10	20	900S
5184	4389	3625	3436	254 inc.	12	209
2.Lunationes Judaicæ				59	1	506S
Novilunium Julii Judaicum				195 inc.	10	783
Excessus in 4 annis						332 A
Novilunium Julii Calippicum				195 inc.	11	35

Consentit cum hoc calculo aliquo modo Dn.Petavius, dum anno quinto Calippico & anno Periodi Julianæ 4388, 6.illis horis omissis, 14 d Julii 3.f.4 h & 7 / in eodem c.20.asscribit.

Ita etiam in anno 21mo Calippico Novilunium competens Calippicum ejusque anni 21mi initiale non incidit in 16 Julii, prout Scaliger procul dubio in scriptione errans posuit, sed in 17 Julii feriâ quintâ, quam Calvisius hic benè licet sine meditatione substituit, cum quo Calvisio in sua primæ Periodi Calippicæ Tabula l. 2. de doctrina temp. c.20. artificiosissime & perspicuè proposita Dn.Petavius iterum consentit, dum anno 21mo Calippico & anno Periodi Julianæ 4404 to 17 d Julii 5.f.6. h. & 43 / asscribit, quia iterum suo consilio 6 horas illas & forsan etiam excessum omisit, quæ omnia sequens duplex calculus perspicue demonstrabit.

1.Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
68	91	4	12	9	25	20	19	
3572A	11	5	10	46	14	12	0	S
3640	80 inc.	6	1	23	11	8	15	
4. Lun. & diff.	118	6	10	4	13			
Excessus in 20 annis			1	32	20	A		
Novil.Iulii. Calip.	198 inc.	5	12	99	44	8	15	
6. Menses	181	S						S
Julii dies currens	17	5	12	59	44	8	15	

2. Per

2. Per Calendarium Judaicum superius,

Ep. CPæ.	Per.Iul.	Mundi	Per Jud.		d	h	/	
32	32	32	32		268	10	443	
5168	4373	3609	3420	A	10	20	900	S
5200	4405	3641	3452		257 inc.	13	623	
2. Lunationes Judaicæ					59	1	506	S
Novilunium Julii Judaicum					198 inc.	12	117	
Excessus idem in horis & scr. Iud.						1	576	A
Novilunium Julii Calippicum					198 inc.	13	693	

Sed placet integram Periodum Calippicam tam Scaligerianam quam Calvisianam & Petavianam insequenti tabula apponere, ut perspicue appareat, quomodo in reliquis annis Calippicis & Calvisius cum Scaligero consentiat, & Dn. Petavius interdum ab alterutro interdum vero ab utroque dissentiat.

Anni Exp	Scaligerum	Galvisium	Petavium
1	28 Iunij	28 Iunii	28 Iunij
2	16 Iulij	15 Iulij	16 Iulij
3	6 Iulij	6 Iulij	5 Iulii
4	25 Iulij	25 Iulij	25 Iunii
5	15 Jul. vel 14	14 Iulii	14 Iulii
6	2 Julij	1 Iulij	2 Iulij
7	21 Julij	21 Iulii	21 Iunij
8	11 Julii	11 Iulii	10 Iulij
9	30 Iunij	30 Iunij	30 Iunij
10	18 Julij	17 Iulii	18 Iunii
11	7 Julij	7 Iulii	7 Iulii
12	26 Julij	26 Iulii	26 Iunii
13	16 Julij	16 Iulii	15 Iulii
14	4 Iulij	3 Iulii	4 Iulii
15	23 Julij	23 Julij	23 Iunij
16	12 Julij	12 Julii	12 Iulij
17	2 Julij	2 Iulii	1 Iulii
18	20 Iulij	19 Iulii	20 Iunii
19	9 Iulij	9 Julij	9 Iulij
20	28 Iunij	28 Junij	28 Iunii
21	16 Jul. vel 17	17 Julii	17 Iulij
22	6 Iulii	5 Julij	5 Iulii
23	24 Julij	24 Julii	25 Iunij
24	14 Iulii	14 Iulij	13 Iulij
25	3 Iulij	3 Iulij	3 Julij
26	21 Iulij	20 Julij	21 Iunij
27	10 Iulij	10 Julij	10 Iulij
28	30 Junij	30 Junij	29 Junij

Residuum Tabulæ secundum.

	Scaligerum	Calvisium	Petavium
29	19 Iulii	19 Iulii	19 Iunij
30	7 Iulii	6 Iulii	7 Iulij
31	26 Iulii	26 Iulij	16 Iunij
32	15 Iulii	15 Iulij	15 Iulij
33	5 Iulij	5 Iulij	4 Iulii
34	23 Iulii	22 Iulij	23 Iunij
35	12 Iulii	12 Iulij	12 Iulij
36	1 Iulij	1 Iulij	1 Iulij
37	20 Iulii	20 Iulii	20 Iunij
38	9 Iulii	8 Iulii	8 Iulij
39	28 Iunii	28 Iunij	28 Iunij
40	17 Iulii	17 Iulii	17 Iulij
41	6 Iulii	6 Iulii	6 Iulij
42	24 Iulii	23 Iulii	24 Iunij
43	14 Iulii	14 Iulii	13 Iulij
44	3 Iulii	3 Iulii	3 Iulij
45	22 Iulii	22 Iulij	22 Iunij
46	10 Iulij	9 Iulii	10 Iulii
47	30 Iunii	30 Iunii	29 Iunij
48	19 Iulij	19 Iulij	19 Iunii
49	8 Iulij	8 Iulii	7 Iulij
50	26 Iulij	25 Iulii	26 Iunij
51	15 Iulij	15 Iulij	15 Iulii
52	5 Iulij	5 Iulii	4 Iulii
53	23 Iulij	23 Iulii	23 Iunii
54	12 Iulij	11 Iulij	11 Iulii
55	1 Iulij	1 Iulii	1 Iulii
56	20 Iulij	20 Iulij	20 Iunii

Reſiduum Tabulæ Secundum.

	Scaligerum	Calviſium	Petavium
57	9 Julij	9 Julii	9 Iulii
58	28 Iunij	27 Iunij	27 Iunii
59	17 Iulij	17 Iulij	16 Iulii
60	6 Iulij	6 Iulij	6 Iulii
61	25 Iulij	25 Iulij	25 Iunii
62	13 Iulii	12 Julij	13 Iulii
63	3 Iulij	3 Iulij	2 Iulii
64	22 Iulij	22 Iulij	22 Junii
65	11 Iulij	11 Julij	11 Iulii
66	29 Iunii	28 Iunij	29 Iunii
67	18 Julii	18 Iulii	18 Iunii
68	8 Iulii	8 Julii	7 Iulii
69	27 Julii	27 Iulii	27 Ju[illegible]
70	15 Iulii	14 Julii	14 Julii
71	4 Iulii	4 Iulii	4 Iulii
72	23 Iulii	23 Iulii	23 Iunii
73	13 Iulii	13 Iulij	12 Iulii
74	1 Iulii	30 Iunii	30 Iunii
75	20 Iulii	20 Iulij	20 Iunii
76	9 Iulii	9 Iulij	9 Iulii

§. 17. Vltimus Calviſii ratione annorum Calippicorum error notandus venit in ludicris Olympicis in Olympiadib9, quæ 112mâ Olympiade poſteriores ſunt, non è Metonica non e Calippica ſed ex Olympica Scaligeri Periodo deſumtis, cum tamen ſecundum hypotheſin quartam in §. 2. præmiſſam Periodus Olympica ratione uſus civilis per Enneadecaeteridem Metonicam, & hæc per Periodum Calippicam & Alexandræam ſit abrogata. Ita in anno Mundi 3622. Calviſius dicit Olympiadem 113tiam actâ eſſe 20 Aug. hoc eſt, 6. Aug.

6 Aug. cæpisse, licet secundum Periodũ Olympicam ipsius Calvisii eadẽ Olympias 113 nõ 6 sed 7 Augusti cæperit. Annus enim primus Olympiadis 113 est annus Olympiadicus 449 (hoc est, 449 per 76 divisis, annus 69nus Periodi sextæ Olympicæ secundum Scaligerum 6. Aug. & secundum Calvisium 7 Augusti, annus item Metonicus 105 hoc est, 105 per 19 divisis, annus 10mus Enneadecaeteridis sextæ Metonicæ secundum Scaligerum & Calvisium 7 Iulij, & denique annus Calippicus tertius secundum eosdem 6 Iulij inchoandus, in qua 6 Iulij secundum sequentem calculum hæsit Novilunium medium

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

P. Jul.	Mundi	Per. Iud.		d	h	′	″	Sol.	L.
13	13	13		85	7	11	58	2	16
4373	3609	3420	A	16	13	32	26	12	0 S
4386	3622	3433		68 in.	17	39	32	18	16
4. Lunationes & differentia				118	10	4	13 A		
Novilunium Iulii Tychonicum				187 in.	3	43	45	18	16
6. Menses				181			S		
Iulij dies currens				6	3	43	45	18	16
Integra Lunatio				29	12	44	3 A		
Augusti dies currens				4	16	27	48	18	16

2. Per Calendarium Judaicum nostrum.

Ep. CPæ	Per. Iul.	Mundi	Per. Iud.		d	h	′
14	14	14	14		257	2	724
5168	4373	3609	3420	A	10	20	900 S
5182	4387	3623	3434		246	5	904
2. Lunationes Judaicæ					59	1	506 S
Novilunium Julii Judaicum					187 inc.	4	398
Integra Lunatio Judaica					29	12	793
Novilunium Augusti Judaicum					216 incõ.	17	111
7. Menses					212	S	
Augusti dies currens					4	17	111

Quilibet ex his perspicit, quod Olympica Periodus per Metonicam Enneadecaeterida, & hæc per Periodum Calippicam sit correcta, quodque Neomenia 6tæ Augusti Olympica â Metone quidẽ ad 7mam *Iulii* utpote 27mæ Iunii propiorem â Calippo autem ad 6tam Iulii ipsam neomeniam cælestem sit reducta. Si enim eadem Olympias 113tia secundum Calvisium cæpisset 7 *Augusti*, ludicrum quoque Olympicum non 20 *Augusti* sed 21 celebratum esset, adeoque, Novilunio 4 Augusti & *Plenilunio* 19 Augusti facto, â græcis in hoc anno toto triduo â Novilunio & toto biduo â *Plenilunio* aberratum fuisset, qui error in oculos incurrisset. Non ergo Olympias 113 vel 6 *Aug.* cæpit secundum Scaligeri *Periodum Olympicam* ultra 87mam Olympiadem non extendendam, neque 7 Augusti secundum Calvisij Periodum Olympicam erroneam, sed vel 6 *Iulij* secundum *Calippum* vel 7 Iulij secundum Metonem, neque eadem Olympias 113 acta est vel 20 vel 21 Augusti, sed potius vel 20 *Iulij* secundum illum vel 21 *Iulij* secundum hunc in ipso *Plenilunio*, *Ita* Olympias sequens 114 secundum Calvisium in anno Mundi 3626 acta est 6. Aug. inchoata proinde 23 Julij. Annus primus Olympiadis hujus 114 est annus Olympiadicus 453 hoc est, 453 per 76 divisis, annus 73tius in 6ta Periodo Olympica, hoc est, eadẽ Olympias 114ta, 114 per 19 divisis, est Olympias 19na in Enneadecade Olympica sexta. Et ille & hæc secundum Scaligerum quidem 23 Julii, cujus 23tiæ Julij respectu ipsa Olympias 114. 6 Aug. acta est, secundum Calvisiũ autem 24 Iulii incipit, & sic eadem Olympias 114 nõ 6 sed 7 Augusti agi potuit. Idem autẽ annus Olympiadicus 453 est annus Metonicus 109, hoc est, 109 per 19 divisis, annus 14tius cycli Metonici decemnovennalis & annus 7mus in prima *Periodo* *Calippica*, quorum ille incipit secundum Scaligerum & *Calvisium* 22 *Iulij*, hic vero secundum eosdem 21 *Iulij*, in qua etiam Neomenia cælestis sequenti calculo reperitur,

1. Per

Per noſtras Syzygiarum Tabulas.

Per. Jul	Mundi	Per. Jud.	d	h	'	''	Sol.	L.
17	17	17	100	19	54	35	6	1
4373	3609	3420A	16	13	32	16	12	68
4390	3626	3437	84	inc. 6	22	9	22	1
4. Lunationes & diff.			118	10	4	13 A		
Novilunium Iulii Tychonic.			201	inc. 16	26	22	22	1
6. Menſes			181					S
Julii dies currens			21	16	26	22	22	1

Cum Græci jugo Macedonico jam ſubjecti & proinde Calendario Calippico in honorem Alexandri Magni utpote Darij Codomanni ad Gaugamela victoris plenarii â Calippo invento & propoſito uſi hunc ordinem pulcherrimum in eodem Calendario Calippico viderunt, quod Neomenia & πανσέληνος cæleſtes cum prima & 15ta primi menſis diebus in prima 76 annorum Periodo ſemper convenirent, quis credat græcos eosdem Olympiadem eandem 114tam 24 Iulij integro poſt Novilunium cæleſte triduo ſecundum Calviſium & non vel 21 Iulij ſecundum Calippi vel certe 22 Iulij ſecundum Metonis præſcriptum inchoaſſe? Non ergo Olympias 114 acta eſt ſexto vel 7 Auguſti, ſed vel 4 vel 5 Auguſti ipſa Plenilunij cæleſtis in oculos incurrentis die. Idem metachroniſmus occurrit in Olympiade 115, quæ ſecundum Scaligerum & Calviſium eorumque Periodum Olympicam 9. Iulij, ſecundum cyclum Metonis tam Scaligerianum quam Calviſianum 8 Iulij, at ſecundum Periodum Calippicam Scaligeri, Calviſij & Petavij 7 Iulij cæpit, in quam etiam ſecundum ſequentem calculum ipſum Novilunium incidit.

Per.

Per Tabulas Syzygiarum noſtras,

Per.Jul.	Mundi	Per. Jud.		d	h	/	//		Sol.	Lu.
21	21	21		86	19	53	9		10	5
4373	3609	3420	A	16	13	52	26		12	05
4394	3630	3441		70 incó.	6	0	43		26	5
4. Lunationes & diff.				118	10	4	13			
Exceſſus in 20. Annis						46	10	A		
Noviluniũ *Iulii* Tychonicũ				188 inc.	16	51	6		26	5
6. Menſes				181						S
Iulii dies currens				7	16	• 51	6		26	5

Hæc 7 Iulii cyclo *S*olis 26 eſt feria quarta, à quo calculo non diſſentiunt *Petavij* rationes, dũ loco antea citato anno Calippico in prima *P*eriodo undecimo annum Periodi Julianæ 4394 C Iulii 7.d.4.f.10 h &54/hoc eſt 11. fere horas à Media nocte ſive 17 horas ab occaſu ſolis numeratas aſſcribit. Si Græci Olympiadem 115tam 9 Julij inchoarunt, & ſecundum Calviſium 23 Iulij celebrarunt, iterum integro biduo à Novilunio quemadmodum die à *Plenilunio* aberrarunt, huncque errorem ſenſuum beneficio deprehenderunt. Olympias igitur 115.nõ acta eſt 23 *Iulii* ſed 21 *Iulij*. Atq; hunc unius diei ꝑidui & nonnunquã integri menſis metachroniſmũ Calviſius in ſequentibus ludicris Olympicis adeoque & ipſarum Olympiadum veris initialibus diebus, quorum in Chronologia ſua usq; ad annum Mundi 3931 meminit, committit, & ſimul nonnullam in una & eadem re aſſerenda inconſtantiam oſtendit, dum Olympiadum initiales dies ſuos Scaligerianis ſemper uno die poſteriores facit, & tamen in ludicris Olympicis in Chronologia ponendis 15tam diem primi menſis, qua illa celebrabantur, non â ſua ſed à Scaligeriana primi menſis die deducit. Non dico hæc Calviſii odio, quem vivum pariter & mortuum ſemper amavi ſemperque magni feci, ſed veritatis ſtudio.

§ 18.

§. 18. Denique de annis Calippicis hoc notandum, quod, licet in prima secunda & tertia Periodis Calippicis hoc est in prioribus 230 circiter annis Calippicis neomenia primi mensis civilis cum neomenia cælesti plerunq; conveniat, in quarta tamē & quinta Periodis neomenia civilis eadem neomeniâ cælesti uno die posterior evadat, quemadmodū in octava & nona Periodo biduo eoq; tempore Constantini M. â Judæis secundum Scaligerum animadverso: cujus rei causa est, quia motus Lunæ Calippicus utpote justo major in 4. Periodis Calippicis hoc est in 304 annis motum Lunæ Tychonicum uno die superat, quemadmodum in 8 periodis sive in 608 annis duobꝰ diebus. Dico enim, ut supra: Vna Olympias dat 1108// horaria, quid dabunt 76 Olympiades hoc est 304 anni Calippici. Operatione peractâ, prodeunt 23 h 25/ hoc est una fere dies. Quem unius diei errorem uti Hipparchus animadvertit, ita infra Passionis dominicæ annus manifestè prodit, quia in hoc anno Pascha â Judæis 4. Apr. feria septima in anno Epochæ Christianæ 33 & in anno Calippico 362 celebratum & è Calippica & Alexandræa Periodis desumtum ea ipsa de causa posterius est integro die ipso Christi & discipulorum ejus Paschate σευρωσίμω Mosaico in 3 Apr. feria sexta reperto; qua de re infra pluribus.

De Annis Alexandræis.

§. 19. Annus Alexandræus 313. secundum eundem calculum in §. 2. præmissum est annus Mundi 3950, annus Olympiadicus 777, annus Metonicus 433 & annus Calippicus 331: unde per sequentem operationem annus Alexandræus primus recte quidem fit annus 19

Anni M.	Olymp.	Metonici	Calippici	Alex.
3950	777	433	331	313
312	312	312	312	312 S
3638	465	121	19	1
18	18	18	18 S	
3620	447	103	1	
102	102	102	S	
3518	345	1		
344	344 S			
3174	1			

Calippicus, annus 121 Metonicus & annus Olympiadicus 465, minus recte autem annus Mundi 3638, prout paulo post contra Calvisium utpote harum confusionum autorem primum demonstrabitur. Ita etiam primus annus Calippicus bene est annus Metonicus 103 & annus Olympiadicus 447, minus bene autem, prout in §.13 demonstratum est, annus Mundi 3620. Similiter annus primus Metonicus bene quidem est annus Olympiadicus 345; non autem annus Mundi 3518, prout itidem in §.8. ostensum. Denique annus primus Olympiadicus omnium minime est annus Mundi 3174. Fundamentum autem hujus operationis aliquoties adhibitæ & secundum admonitionem §.4. Scholij septimi instituendæ est Axioma sequens tertium l.1.Euclidis: Si ab æqualibus æqualia ablata sint, quæ relinquuntur, sunt æqualia: quod axioma, axiomate secundo Euclidis assumto, ad institutum Chronologicum nō inconvenienter ita conformari potest: Si à correspondentibus diversarum Epocharum annis æqualis annorum numerus vel auferatur vel illis addatur, qui anni in residuo relinquuntur vel in aggregato reperiuntur, itidem correspondentes erunt. Ipsa autem demonstratio, quod annus Alexandræus primus nō sit annus M. 3638 sed 3639, subsequetur in scholio 17mo. Ibi enim, Novilunio Paschali in medio anni M. 3638 indagato, primadies Tisri Judaici vel Hyperberetæi Macedonici in anno primo Alexandræo erit 6. Sept. feria quinta in initio anni Mundi 3639 & anni Judaici 3450, & proinde annus primus Alexandræus est ipse annus Mundi 3639 non autem 3638. Ita Dn.D.Behm l.2.Manud.tit.4.c.1.hanc hypothesin numero octavam ponit: Annus græcorum 149 ab autumno inchoatus hoc est annus Alexandræus 149 est sabaticus. Si 149 annis 3637 anni addantur, & 3786 anni per 7.dividantur, non septenarius sed saltē senarius remanebit. At 3638 & 149 additis, & 3787 per 7 divisis, remanet septenarius hoc est annus Mundi 3787 & annus Alexandræus 149 sunt sabatici. Sed & à Calvisio hæc cōcatenatio anni primi Alexandræi & anni Mundi 3638 in Tabulæ Alexandrææ parte altera, quæ in c.12. Isag. habetur, nō obscurè ponitur. Ibi enim annus Alexandræus 76 cōponitur cum anno Mundi 3713 tio. 75 annorū numero à

mero à 3713 & 76 annis subtracto, evadit annus Alexandræus prim9 annus Mundi 3638. Idem verbis expressis in codē c. 12. repetit Calvisius, cum dicit: Notandū est, si annos Mundi (Scaligerianos) habeas, & scire velis annū Alexandræum, qui in eum incidat, abjiciendos esse ex annis Mundi 3637. Atqui hoc est contra Scaligerū ipsumq; Petavium. Primo enim Scaliger l. 2. Can. Isag. c. 1. expressè dicit, quod ab initio Periodi Julianæ nostræ ad æram Seleucidensium Antiochenam ab octobri jam cum Alpholsinis inchoatam elapsi sint anni cōpleti 4401 & 278 dies sive 9 menses circiter, à quib9 4401 annis & 9. mensibus si 763 Periodi Iulianæ anni cōpleti & 9 menses ante conditū Mundi Scaligerianum prolepticè elapsi subtrahantur, tunc relinquuntur & reliquentur anni Mundi Scaligeriani cōpleti 3638 & nullus mensis: unde primus annus Alexandræus necessariò est annus Mundi 3639 non 3638. Ita secundum Dn. Petavium quoque primus annus Alexandræus & quidem Iulianus injit cum 1 Octobris anni Periodi Iulianæ 4402: unde, iterum 763 annis Periodi Iulianæ completis & 9 mensibus ab iisdem 4401 annis & 9 mensibus subtractis, manent anni Mundi completi 3638 hoc est annus primus Alexandræus est annus Mundi 3639 & quidem Scaligerianus non Petavianus, quæ res pluribus pertractanda est in Chronologia. Favet certe huic sententiæ Dn. Ubbo Emmius, Nam & in l. 1. Rer. Chron. Epocham Alexandræam anno Mundi 3639 ineunti affixam esse dicit, & in ipso canone Chronico annum primum Alexandræum cum anno Mundi 3639 conjungit.

§. 20. Ita annus Julianus 46 hoc est annus Periodi Julianæ 4714 & annus primus Epochæ Christianæ minime convenit cum anno Alexandræo 313, prout supra in scholij hujus octavi initio positum est. Si enim à 4713 Epochæ Christianæ annis completis ante Epochæ Christianæ initium omnium consensu elapsis superiores 4401 anni & 9 menses ante Epocham Alexandræam elapsi subtrahantur, relinquuntur tantum 311 anni Alexandræi completi & 3. menses ante ejusdem Epochæ Christianæ primordium elapsi: unde annus Alexandræus 312 revera est annus primus Epochæ Christianæ, annus 46tus Iulianus & Periodi Iulianæ 4714tus annus.

§.21. Similem superiori errorem ratione Epochæ Alexandrææ commisit Calvisius in c. 17. Isag. in eodem de cyclorum Solis & Lunæ in Christi & Alexandræis annis inventione ἀμεθοδεύτως sollicitus. Dicit quidem ibi Calvisius, quod primus Epochæ Christianæ annus habeat cyclum Solis 10mum, Lunæ secundum & Indictionis 4tum. Sed longe meliori methodo & perspicuitate hoc docuisset & asseruisset, si primum Epochæ Christianæ annum Periodi Julianæ 4714 annum esse dixisset, quia in hoc Periodi Julianæ 4714 anno, ijsdem 4714 per 28, 19 & 15 ritè divisis, cyclus Solis 10, Lunæ secundus & Indictionis 4tus manifeste & propriè continentur. Nihil enim in cyclorum horum tanquam characterū Chronologicorum civiliū præstantissimorū inventione, de qua idem Calvisius in c. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. Isag. ut nimis prolixè ita satis obscure & absque Chronologica methodo agit, Periodi Julianæ usu & mentione est præstantius, ad quam Periodum Julianam tanquam ad omnis temporis Politici originem & primum quasi fontem in hoc negotio ad Ill. Scaligeri & Dn. Petavij exemplū unicè est respiciendum. Huc commodè pertinent sequentia Scaligeri verba è Prolegomenon Operis de Emend. temp. pagina 49 desumta: Qui laborem, inquit, adeo laudabilem (Chronici scilicet absolutissimi conficiendi) non gravabitur, primum anno Juliano tanquam stabili fundamento opus suum superstruat, & Periodum Iulianam verum temporum Elenchum adhibeat. Nam contextus temporum sine anno Juliano annus sine Periodo Juliana est ut navis sine remis velis & armamentis. Quod Scaligeri consilium meliùs certè Dn. Petavius propterea nunquam satis laudatus quam Calvisius isque è Scaligeri voto Chronici illius absolutissimi autor tum futurus utpote in Chronologia sua anno quidem Juliano ubique nullibi autem Periodo Juliana usus observavit. Ita etiam idem Calvisius in eodem c. 17. rectè addit, quod Aera Christiana inceperit, cum in anno Alexandræo 312mo menses 3. præteriissent, quod idē est, ac si dixisset ab initio mundi ad principiū Epochæ Alexandrææ annos Mundi 3638 cōpletos elapsos esse, & proinde annum primum Alexandræum non annum Mundi 3638

sed

sed annum 3639 fuisse. *Ab* initio enim *Mundi* conditi ad Epocham Christianam secundum ipsum *Calvisium* elapsi sunt 3949 anni & 3. menses, à quibus anni *Alexandraei* 311 & 3 menses usque ad eandem Epocham *Christianam* secundum ipsum *Calvisium* elapsi subtracti relinquunt annos Mundi completos 3638 non plures non pauciores ab initio mundi ad Epochae *Alexandraeae* exordium elapsos. Primus igitur annus *Alexandraeus* non est annus *Mundi* 3638 sed 3639. Dum autem idem *Calvisius* anno *Alexandraeo* primo cyclum Solis sextum attribuit, & pro cycli Solaris in annis *Alexandraeis* inventione annis *Alexandraeis* datis 5. addenda esse dicit & docet, hoc iterũ ex hoc fundamento, quod primus annus *Alexandraeus* sit annus Mundi 3638, eoq;, prout jam monstratum est, falso facit; cum in hoc cyclorum *Solis* & Lunae indagandorum negotio non ad annos Christi non ad annos Mundi tanquam ad cisternam sed principaliter ad Periodum Julianam tanquam ad fontem respicere & rem per se planam & facilem non adeo obscuram & difficilem reddere *Calvisius* debuisset; *Primus* enim annus *Alexandraeus*, prout supra è *Scaligeri* & Petavij tanquam summorum *Artificum* mente dictum est, caepit cum ultimo quadrante anni Periodi Iulianae 4402, qui habet cyclum *Sol.* 6 *Lu.* 13. & *Indictionis* 7; quod experiri quilibet poterit, qui 4402 per 28. 19 & 15 diviserit, qui cycli anno *Periodi Julianae* 4402do competunt ratione totius sive ex asse, anno vero primo *Alexandraeo* respectu unius duntaxat quadrantis aut trientis & quidem prioris & eum postremo quadrante vel triente anni Periodi *Julianae* 4402di concurrentis. Qua itaque à majori parte denominationis sumendum est judicium, licet annus primus *Alexandraeus* cyclo *Solis* 6 ratione initij caeperit, id quod negari nequit; tamen eidem anno primo Alexandraeo ratione non prioris quadrantis aut trientis utpote minimae partis sed respectu posterioris dodrantis aut bessis tanquã maximae partis cum priore dodrante vel besse anni Periodi Iulianae 4403 concurrentis conferendo & proinde non cum anno Per. Iul. 4402, prout Dn. D. Behm in Epocharũ Tabulis & Helvico in Theatro faciunt, sed potius cum anno ejusdem Periodi Julianae 4403 concatenãdo non cyclus Solis 6. sed

fed 7mus revera competit, & proinde pro ejusdem cycli Solaris in annis Alexandræis inventione non quinarius, prout Calvisius voluit, sed senarius est addendus, licet verum & verissimum sit, quod primus annus Alexandræus cyclo Solis sexto cœperit. Sed nondum errorum Calvisianorum finis, Qualem correctionem Calvisius in Olympica Meronica & Calippica periodis hoc est maximam partem erroneam, talem correctionem etiã in Alexandræa Jos. Scal. Periodo modo ad latus posito instituit.

Annus Alex. incipit Secundum

	Scaligerum	Calvisium
4tus	3 Sept.	2 Sept.
8vus	18 Sept.	17 Sept.
12mus	4 Sept.	3 Sept.
16tus	20 Sept.	19 Sept.
20mus	6 Sept.	5 Sept.
24tus	21 Sept.	20 Sept.
28vus	7 Sept.	6 Sept.
32dus	23 Sept.	22 Sept.
36tus	9 Sept.	8 Sept.
40mus	24 Sept.	23 Sept.
44tus	10 Sept.	9 Sept.
48vus	26 Sept.	25 Sept.
52dus	12 Sept.	11 Sept.
53tius	1 Sept.	2 Sept.
56tus	27 Sept.	26 Sept.
60mus	13 Sept.	12 Sept.
64tus	30 Augusti	29 Augusti
68vus	15 Sept.	14 Sept.
72dus	1 Sept.	31 Augusti
76tus	16 Sept.	15 Sept.

Hic iterum dico, & in omnibus his Alexandræis annis demonstrare queo Calvisium Chronologum alias diligentissimum & in Chronologiæ Scaligerianæ explicatione primam quasi glaciem frangere conatum hic tamẽ humano more lapsum ubique pro veris diebus initialibus Scaligerianis suos falsos cum maxima Scaligeri & ipsius veritatis injuria supposuisse & substituisse. Demonstrabo hoc saltẽ in 8 & 68 annis Alexandræis.

1. Pro

1. Pro anno Alex. 8vo, qui est annus 26 Calippicus.

1. Per Tabulas Calvisij.

Anni Mundi	d	f	h	'	''	Sol.	Lu.
73	95	1	9	40	40	25	1
3572 A	21	5	10	46	14	12	0 S
3645	83 cõpl.	2	22	54	26	13	1
6. Lun.	177	2	4	14	19		
Differentia			7	8	0		
Excessus in 25 annis			1	55	25	A	
Novil. Sept.	261 cõpl.	5	18	[illegible]	10	13	1
Dies incompleti	262						
8. Menses	244						8
Sept. dies currens	18	5	[illegible]	[illegible]	10	13	1

2. Per Calendarium Judaicum superius.

Ep. CPæ.	Per. Iul.	Mundi	Per. Jud.		d	h	'	
37	37	37	37		272	7	999	
5168	4373	3609	3420	A	10	20	900	S
5205	4410	3646	3457		261 cõ.	11	99	
Excessus idem						1	990	A
Novil. Septembris Alexandræum					261 cõp.	13	9	
Dies incompleti					262 ut supra			

Novilunium hoc Calippicum annum Epochæ Constantinopolitanæ 5205 M. 3646 Iudaicũ 3457 & annum Alexandræum octavum in anno Periodi Julianæ 4409 inchoans non cadit secundum Calvisium in diem à cal. Jan. 261. 17 Sept. feriam quintam, quia 17 Sept. in hoc anno feria quinta esse nequit, sed secundum Scaligerum & hunc ipsum calculũ in diem 262. 18 Sept feriã quintam. Hic calcu-

calculus, si annos Mundi seponas, cum Petavij rationibus maximam partem convenit. Nam & hic anno Calippico 2610 hoc est anno Alexandræo octavo annnũ Periodi Juliaoæ 4409 apponit. Si annus Alexandræus octavus est annus Mundi 3646, primus annus necessariò erit annus Mundi 3639 non vero 3638.

2. Pro Anno Alex. 68, qui est annus Calippicus 86,

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Per.Jul.	Mundi	Per.Jud.	Al.	d	h	/	//	Sol.	Lu.
20	29	20	20	97	11	4	31	9	4
4449	3685	3496	47 A	16	19	23	12	20	0 S
4469	3705	3516	67	80 cō.	15	41	19	17	4
4. Lunationes & diff.				177	11	32	19		
Excessus in 85. Annis					6	32	25 A		
Noviluniũ Sept, Cal. & Al.				258 cō.	9	46	3	17	4
Dies incompleti				259					
8. Menses				244					S
Dies Septembris eurrens				15	9	46	3	17	4

Si ad Meridianum Hierosolymitanum respicere luberet, tunc pro differentia 8 h 13/ non autem 7 h. 8/ addenda forent.

2. Per Calendarium Judaicum nostrum.

Ep.CPæ	Per.Jul.	Mundi	Per.Jud.	Al.	d	h	/
21	21	21	21	21	269	6	595
5244	4449	3685	3496	47 A	11	2	680 S
5265	4470	3706	3517	68	258 cōpl.	3	995
Excessus in horis & scrup. Judaicis						6	5784
Novil. Sept. Calippicum quæsitum					258 cōpl.	10	493
Dies incompleti					259		
8. menses hoc est dies					244		S
Septembris dies currens					15	10	493

Ex hoc

Ex hoc duplici Epilogismo perspicuè apparet primam Tisri mensis Judaici & Hyperberetæi Macedonici in anno Epochæ Constantinopolitanæ 5265, Mundi 3706 Iudaico 3517 & Alexandræo 68 incuntibus in anno Periodi Iulianæ 4469 (quem annum Petavius quoque anno Calippico 86to hoc est anno 10mo in secunda Periodo Calippica non obscure asscribit, quia, annis Periodi Iulia- 4393 anno Calippico 10mo asscriptis & 76 annis additis, 4469 Periodi Iulianæ annornm numerus provenit) esse diem à cal. Ianuarij 259.15 Sept. feriâ septimam, nõ autem secundũ Calvisium diem 258 14 Sept. & nihilominus feriam septimam, cum 14 Sept. in hoc anno feria septima esse nequeat, sed saltem feria sexta existat, & proinde, annis. 67 ab annis Mundi 3706 & Alexandræis 68 subtractis, annũ quoq; primum Alexandræum existere annum Mundi 3639, non autem secundum Calvisium 3638. Maxime autem mirum est Calvisium eundem non tantum ita in annis bissextilibus verum etiam in anno Alexandræo 53 hoc est in anno communi, in quo loco primæ Sept. substituit secundam, aberrasse. Novilunium enim Paschale in anno Alexandræo 52do præcedenti hoc est in anno Mundi 3690 Lipsiæ fit elapsis 96 d incompletis 11 horis 51/38// post M.N. cyclo Solis 2 Lunis 8. Quinq; Lunationibus & pro dierũ Politicorũ & Meridianorũ differentia 7 horis & 8/ ut & pro 70 annorũ Calippicorum Excessu 5 horis & 28/ additis, proveniunt pro Neomenia Alexandræa Tisri anni Alexandræi 53tij 244 d. incõpleti 16 ho- &c. hoc est Neomenia Tisri Iudaici vel Hyperberetæj Macedonici annũ Alexandræum 53 & annum mundi 3691 inchoantis secundum tabulas nostras inventa est & erit prima Sept. feria secunda non autem secundum Calvisium djes à cal. Ian. 245.2. Sept. & nihilominus feria secunda. Integra Periodus Scaligeri Alexandræa reperitur infra in §. 28vo.

§. 22. Quia in Scholio hoc octavo satis prolixo potiorum aliquot Epocharum, quomodo videlicet cum Periodi Iulianæ, Mundi Scaligerianis & Epochæ Christi annis recte concatenandæ sint, consideratio præmissa est: ideo Vrbis quoque Romæ Epocha utpote Julianæ æræ cognata ut & Nabonassaræa & hujus occasione

R Philip-

Philippicorum quoque Armeniorum & Jetzdegird annorum Aeræ, non videntur omittendæ. De annis Vrbis autem breviter notandum fuerit, eorum initialem in anno Iuliano diem accuratam esse Palilia hoc est 21 Apr. diem, minus accuratam autem & latam calendas Ian, & præterea ratione anni aliud annorum Vrbis initium secundum Varronem, aliud vero constitui secundum Catonem. Secundum Varronem enim primus annus Vrbis coincidit in anno Olympiadico 23 cum anno Periodi Iulianæ 3961, secundum Catonem auté in anno Olympiadico sequenti 24to cum anno ejusdem Periodi Iulianæ 3962. Sed Varroniana numeratio uti usitatissima est, ita â Censorino quoque in nobili illo Theoremate Chronologico supra citato est usurpata. In hoc enim annus Vrbis 991 côcatenatur cum anno Iuliano 283 hoc est cum anno Per. Iul. 4951, quia, quemadmodum ab initio Periodi Julianæ ad primû annum Christianum 4713 completi anni, ita ad primum annum Iulianum 4668 anni itidem completi elapsi sunt: unde, annis Periodi Iulianæ 4668 & 283 additis, illi ipsi 4951 Periodi Iulianæ anni proveniunt, & per operationem adjunctam non tantum annus Periodi Iulianæ 4951, Vrbis 991 & Iulianus 283: verum etiam annus Periodi Iulianæ 4669, annus Vrbis 709 & annus primus Iulianus, uti etiam annus Periodi Iulianæ 3961 & primus annus Vrbis correspondentes

Anni Per. Iul.	Vrbis	Iuliani
4951	991	283
282	282	282
4669	709	1
708	708	
3961	1	

evadunt. Si jam calendæ Ian. annos Vrbis inchoant, tunc primus annus Urbis est anno M. 3197 Scaligerianus, quia 763 annis & 9 mensibus ab annis Periodi Iulianæ 3960 completis deductis, manent anni Mundi Scaligeriani 3196 completi & 3 menses. Si vero Aprilis vel Majus annos Vrbis inchoant, tunc, iisdem 763 annis & 9 mensibus

ſibus ab annis Periodi Iulianæ 3960 completis & 3 vel 4 menſibus ſubtractis, & annis 3196 & 6 vel 7 menſibus relictis, primus annus Vrbis Varronianus eſt & eſſe poteſt annus Mundi 3197 & 3198: unde Calviſius & Dn. D. Behm cum anno Mundi 3197, Helvicus autem cum anno Mundi ſequenti 3198 primum annum Vrbis Varronianum concatenare videntur. Calviſius quidē in cap. 10. Iſag. Varronianæ & Catonianæ numerationis hoc diſcrimen negare, idque partim per Eclipſin tempore Romuli morientis factam partim per Conſulum Romanorum paria ſemper duobus annis Olympiadicis competentia demonſtrare conatur. Sed revera hæc Calviſii dedemonſtratio vel nulla eſt vel valde obſcura & infirma.

§.23. Sequitur annorum Nabonaſſaræorum brevis conſideratio. Cum Calviſius in Chronologiæ editione prima & in c. 3. Iſag., quomodo cujusvis anni Nabonaſſaræi initialis dies Iuliana inveniri poſſet, eruditè docuiſſet, feriarum autem inveniendarum modū facillimū omiſiſſet, (ſi enim à numero annorū Nabonaſſeræorum dato 4 ſubtrahantur, & reſiduū per 7 dividatur, numerus, diviſione peractâ, relictus feriam primæ Thot anni Nabonaſſaræi dati competentem ſuppeditat. Et quemadmodū in Nabonaſſaræa Epocha quatenarius. ita in Armeniorū & Jetz degird Epochis, quarum utraq; feriâ tertiâ cœpit, quinarius, in Philippicorum autem annorum Aera ciphra hoc præſtat, quia illam feria prima inchoat) in Editionis novæ c. 11. Iſagoges ad tabularum conficiendarum artem, in qua certe non ſemper æque vel potius rarò fælix fuit, converſus idem diei & feriæ initialis quæſitum in tabula duplici exhibere tentavit. Etſi vero per hanc annorum Nabonaſſaræorum tabulam; cui Armeniorum & Jetzdegird annorum tabulæ adjunctæ ſunt, dies & feria cujusq; anni Nabonaſſaræi dati initialis utcuninveniri poſſit, licet prior modus multo tutior ſit: tamen annorū mundi & Chriſti cum annis Nabonaſſaræis in tabula ſecunda inſtituta concatenatio manifeſtè ſuſpecta eſt, cujus rei fundamentū in §.4. Scholij ſeptimi præmiſſum eſt. Primus enim annus Nabonaſſaræus Calviſio ibid. eſt annus M. 3202. Si enim ab annis Mundi 3285 & annis Nabonaſſaræis 84 in eadem tabula ſecunda Calviſij conjunctis ſubtrahantur utrobique 83, remanebunt anni Mundi 3202

 &

& primus annus Nabonassaris secuudum Calvisium sibi correspondentes. At primus annus Nabonassaris non est annus Mundi 3202 sed 3203, quem annum etiam ponunt Dn. D. Behm & Helvicus. Primus enim annus Nabonassaris secundum Scaligerum Petavium & Ubbonem Emmiū cæpit 26 Febr. feriâ quarta in anno Periodi Julianæ 3967, elapsis à condjtu mundi Scaligeriano 3202 annis completis & 5 circiter mensibus, qui aderunt, si 763 anni & 9 menses hactenus sæpissimè usurpati ab annis 3966 & 2 mensibus subtracti erunt: unde certe annus primus Nabonassaræus annus 3202 esse nequit. Ita si per adjunctam operationem eamque è tabula prima & secunda Calvisij desumtam anni Nabonassaræi 1462di initialis

Anni Nab.	Anni Christi	d	f	
34	34	49	2	
1428	680	8	0	A
1462	714	57	2	

dies & feria quæratur, inveniuntur anni Nabonassaræi 1462, Christi 714. 57 d & 2 feriæ hoc est dies à cal. Januarij 57 feria secunda est prima Thot anni Nabonassaræi dati 1462di in anno Christi 714 hoc est in anno Periodi Julianæ 5427. Si annus Nabonassaræus 1462dus est annus Christi 714 & annus Periodi Julianæ 5427; annis 1461 â 5427 & 1462 annis subtractis, erit annus primus Nabonassaræus annus Periodi Julianæ 3966, cum tamen revera sit annus 3967, quem annum etiam Dn. D. Behm & Helvicus cum anno primo Nabonassaræo conjungunt. Porro annorum Nabonassaræorum æræ cognatæ sunt Philippica Armenia & Jetzdegird Epochæ utpote omnes 365 dierum systemate pro æquabili anni civilis quantitate usæ, licet diversis temporibus inchoatæ, adeo ut vel nulla annorum Nabonassaræorum tabulâ opus fuerit, prout paulo ante dictum fuit, vel, si opus fuit, hæc non tantùm pro Nabonassaræorum annorum verum etiam pro Philippica Armenia & Jetz degird Epochis suffecerit, licet Dn. Petavius

Arme-

Armeniorum Epocham l. 3. de doctrina temp. c. 17. 18. & 19. in dubium vocare velit.

§. 24. Epocha Philippica non tantum in historia verum etiam in Astronomia Ptolemaica nota à Calvisio tamen nullo tabularum honore, prout Nabonassaris Armeniorum & Ietzdegird Epochæ, digna iudicata secundum Scaligerum & Petavium cæpit 12 Novembris feria prima in anno Periodi Iulianæ 4390, quæ 12 Nov. feria prima fuit ipsa prima Thot anni Nabonassaris 425: unde primus annus Philippicus est annus Periodi Iulianæ 4391, non autem 4390, prout Dn. D. Behm ponit, annus Mundi 3627 annus Iudaicus 3438, non autem præcedentes, & annus Ep. CPæ. 5186 non autem annus 5184. Imò ipse annus primus Philipicus est ipse annus 425 Nabonassaræus. Ita Censorino in nobili illo theoremate Chronologico annus Nabonassaræ 986 est annus Philippicus 562, 561. annis à 986 & 562 subtractis, manent anni correspondentes annus primus Philippic 9 & annus Nabonassaræus 425 Eadē ratione Ptolæmæo quoq; l. 11. m. constr. c. 3. annus Philippicus 83 est annus Nabonassaræus 507 & alibi annus Philippicus 52 est anno Nabonassaræus 476. Si ab 83 annis Philippicis & 507 annis Nabonassaræis quidem 82 anni, ab annis vero Philippicis 52 & Nabonassaræjs 476 subtrahantur 51 anni, relinquuntur utrobique anni correspondentes annus primus Philippicus & annus Nabonassaræus 425. Cæterum hæc Philippi Epocha in memoriam mortis Alexandri M. in cujus mortis tempore tamen autores variant, instituta nomen accepit vel secundum eundem Scaligerum à Philippo Alexandri M. patre, vel secundum Scaligerum & Petavium l. 10 de doctrina temp. c. 38. à Philippo Aridæo Alexandri Magni fratre. Si prima Thot alicujus anni Philippici sit invenienda, ex annis Philippicis, annis 424 additis, fiunt anni Nabonassaræi, & hinc more usitato dies & feria Juliana primæ Thot anni Nabonassaræi adeoque Philippici correspondentes indagantur.

§. 25. Epocha Armeniorum secundū Scaligerum cæpit quarta die Chojac quarti mensis Aegyptiaci in anno Nabonassaris 1300 h. e. die à calendis Ianuarij 191. 9 Julii feria 3tia in anno Christi 552 hoc

 est in

est in anno Periodi Julianæ 5265 cyclo Solis 1, pro qua 191 die feria tertia tanquam prima die Sahami anni primi Armenij Calvisius in primæ tabulæ annorum Armeniorum initio imprudenter ponit 190 diem itid. feriā tertiā, cum tamen dies à cal. Ian. 190 cyclo Solis 1. nō f. tertia sit sed secunda. Ita dies à cal. Ian. 189 feria septima tanquam prima dies Sahami anno quinto Armenio à Calvisio ibidem adscripta utpote cyclo Solis 5 non est feria septima sed saltem 6: dies 188 feria quarta anno Armenio 9. asscripta utpote cyclo Solis 9 non est feria quarta, prout idē Calvisius posuit, sed tertia: dies 187ma feria prima anno Armenio 13tio asscripta utpote cyclo Solis 13 nō est feria prima, prout iterum Calvisius voluit, sed 7 &c: & hac ratione in tota Armeniorum tabula prima Calvisiana vel numerus dierum anno Armenio primo quinto. 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33. 37. 41. 45. 49 53, 57. 61. 65. 69. 73. 77. & 81mo à Calvisio asscriptus unitate augendus erit, vel numerus feriarū à Calvisio in prima tabula ibidem appositarū unitate minuendus erit. Ita si prima Sahami dies anni primi Armenij est quarta dies Chojac sive dies 94ta in anno Nabonassaræo 1300mo, facile certe, 1299 completis annis Nabonassaræis & 93 diebus ad annorum & dierum Armeniorum numerum datum additis, ex annis Armeniis anni Nabonassaræi fieri & hinc per modum usitatum vel etiam per tabulam annorum Nabonassaræorū Calvisianam cū debito tamen grano salis usurpandam dies & feria Iuliana diei anni Armenii dati competens investigari potest, quæ res in ipsa Chronologia pluribus pertractabitur. Ita etiam annorum Armeniorum & Christi in tabula 2da annorum Armeniorum Calvisij instituta alligatio ejusdem dubiæ fidei est, cujus annorum Nabonassaræorum & Christi superior concatenatio.

§. 26. Similis Calvisij error deprehenditur & deprehendetur in tabula annorum Ietzdegird. Prima dies Phruardan sive Phrurdin primi mensis Ietz degirdici secundū Ill. Scalig. est prima dies Chojac sive 91 dies à calendis Thot in anno Nabonassaris 1380mo, ab initio Nabonassaris ad principiū Epochæ Jetzdegird annis Nabonassaræis 1379 & 3 mensibus Ægyptiacis hoc est 90 diebus elapsis,

psis, sive eadem prima dies Phrurdin primi est dies à calendis Jan: 168va 16 Iunij feria tertia in anno Christi 632 hoc est in anno Periodi Iulianæ 5345 & cyclo Solis 25, pro qua 168va die 16 Iunij feria tertia iterum Calvisius in prima annorum Ietz degird tabula ponit diem 167 feriā tertiam, cum tamē dies 167 cyclo Solis 25 nō sit feria tertia sed saltem secunda, quemadmodum dies 166 feria 7. anno Jetz degirdico 5 asscripta cyclo Solis 1 itidem nō est feria 7. sed sexta, dies 165 feria quarta anno Ietz degirdico nono à Calvisio in eadem tabula assignata nō est feria quarta sed tertia: dies 164 feria seprima anno 13tio ab eodem Calvisio attributa cyclo Solis nono nō est feria prima sed septima &c. Et ita pro totius annorum Ietzdegird Calvisianæ tabulæ correctione itidem vel numerus dierum anno Jetz degirdico primo, quinto, 9.13.17.21.25.29.33.37.41.45.49 53.57.61.65.69.73.77.& 81mo asscriptorū unitate augendus vel numerus feriarū à Calvisio positarū unitate minuendus erit. Quod si prima dies Phrurdin primi in anno 1mo Ietz degird est prima dies Chojac in anno Nabonassaræo 1378 o adeo ut ad initium Epochæ Ietz degird elapsi sint anni Nabonassoræi completi 1379 & 3. menses τριακονθήμεροι sive 90 dies, idquod aliquot testimonijs & hypothesibus ex Alfragano Albumasare uti etiā è tabulis Alphonsinis & Prutenicis à Petavio quoq; l. 11. de doctrina temp. c. 51. Origano in Ephemeridum Parte prima de Tempore c. 1. pag. 27 & 31 ab aliisque prolixè declaratis facile demonstrari potest: non difficili certe negotio ex annis mensibus & diebus Jetz degirdicis datis anni menses & dies Nabonassaræi fieri & deinde dies & feria competens quæsita indagari possunt, neque hic quoque opus fuit peculiari & nova annorum Ietzdegirdicorum Calvisianā tabulā eâque ratione dierum & feriarum ad annos bissextiles appositarū multis modis erronea, in qua præterea ipsa annorum Ietzdegirdicorum & Christi concatenatio ob causam in §. 4. Scholij septimi positam itidem est suspecta.

§. 27. Errare quidem humanum est & proinde à me ipso quoque non alienum. Si quis errorem in his deprehenderit, meque monuerit, is me faciliorem in corrigendo quam seipsum in monendo

pendo habebit. Dato autem & concesso uno absurdo, sequuntur plura, & vitium primæ concoctionis nō facile corrigitur in secunda concoctione, multo autem minus in tertia. Ita postquam Calvisius Syzygiarum Lunarium, Aequinoctiorum æquabilium & Calendarij Judaici Tabulas, diei completi & incompleti discrimine omisso, satis obscurè proposuit, annum primum Olympiadicum constituit annum Mundi 3174 & 3173, annum primum Metoninicum annum Mundi 3518, annum primum Calippicum annum Mundi 3619 & 3620, annum primū Alexandræum annum Mundi 3638 & quidem cyclo Solis sexto præditum, & annum primum Christianum ex errore fecit annum Iudaicum 3762 & annum Alexandræum 313, Olympicam, Metonicam, Calippicam & Alexandræam Periodos ab Jll. Scaligero è fundamentis Astronomicis artificiosissimè cōpositas & propositas nulla fere de causa mutavit, & præterea Nabonassaræum, Philippicum, Armenium & Jetz degirdicum Calendaria in vitiosis tabulis comprehendit & proposuit, mirum non est, quod magna Chronologiæ Calvisianæ pars vitium contraxerit, & multis dubijs atque falsis inquinata sit, cujusdi plura occurrunt in Gelalæorum annorum Tabulis, quæ c. 11. Isag, & in Hegiræ annorū Tabulis à Calvisio c. 13. propositis & præcipue infra in scholio 16 & in 5 Christi Paschatibus, in quibus, eodē primæ concoctionis vitio in Calippica Periodo & secundæ concoctionis vitio in Alexandræa Periodo contracto in tertia concoctione hoc est in 5 eorundem Paschatum Scaligeriana & vere Chronologica consideratione jam quasi recrudescente, idem Calvisius certe non artificem se aut Jll. Scaligeri fidissimum interpretem sed saltem tyronem præstitit. Quæ omnia & quidem hæc postrema partim infra in scholio 16 partim in ipsa Chronologia non in Calvisij Viri de tota Chronologia alias optime & meriti & mereri conati vituperium sed ad commune veritatis Chronologicæ bonum & studium promovendum pluribus monebuntur & monstrabuntur.

§. 28. Sed juvat Periodum Scaligeri Alexandræam integram apponere.

Annus

Periodus Alexandræa Scaligeri vera.

An. Alex.	Prima dies primi mensis	An. Alex.	Prima dies primi mensis	An. Alex.	Prima dies primi mensis
1	6 Sept.	27	19 Sept.	53	1. Sept. Cal. 2.
2	25 Sept.	28	7 Sept. Calv. 6.	54	20 Sept.
3	14 Sept.	29	26 Sept.	55	9 Sept.
4	3 Sept. Calv. 2.	30	16 Sept.	56	27 Sept. Calv. 26.
5	22 Sept.	31	5 Sept.	57	17 Sept.
6	11 Sept.	32	23 Sept. Calv. 22.	58	6 Sept.
7	31 Augusti	33	12 Sept.	59	25 Sept.
8	18 Sept. Calv. 17.	34	2 Sept.	60	13 Sept. Calv. 12.
9	8 Sept.	35	20 Sept.	61	3. Sept.
10	26 Sept.	36	9 Sept. Calv. 8	62	22 Sept.
11	16 Sept.	37	28 Sept.	63	11 Sept.
12	4 Sept. Calv. 3.	38	17 Sept.	64	30 August. Calv 29
13	23 Sept.	39	6 Sept.	65	18 Sept.
14	12 Sept.	40	24 Sept. Calv. 23.	66	8 Sept.
15	2 Sept.	41	14 Sept.	67	27 Sept.
16	20 Sept. Calv. 19.	42	3 Sept.	68	15 Sept; Calv. 14
17	9 Sept.	43	22 Sept.	69	4 Sept.
18	28 Sept.	44	10 Sept. Calv. 9.	70	23 Sept.
19	17 Sept.	45	31 Augusti	71	13. Sept.
20	6 Sept. Calv. 5.	46	19 Sept.	72	1 Sept. Calv. 31 A.
21	25 Sept.	47	8 Sept.	73	20 Sept.
22	14 Sept.	48	26 Sept. Calv. 25.	74	9 Sept.
23	3 Sept.	49	15 Sept.	75	28 Sept.
24	21 Sept. Calv. 20.	50	5 Sept.	76	16 Sept. Calv. 15.
25	11 Sept.	51	23 Sept.		
26	31 Augusti	52	12 Sept. Calv. 11		

 Mirabi

Mirabitur autem forsan nonnemo, quod non tantum Olym-picam, Metonicam & Calippicam verum etiam hanc Alexandri-am *P*eriodos non in duplici annorum expansorum & collectorum, prout Calvisius fecit & facit, sed in una 76 annorum expansorum tabula proposuerim, & hac ratione multas difficultates & perple-xitates, quæ in Olympica, Metonica, Calippica & Alexandræa Cal-visii *P*eriodis occurrunt, ad *S*caligeri in ijsdẽ Periodis & ad Petavij in Metonica & Calippica Periodis ductũ evitaverim. Ego vero ma-jorem *S*caligeri & *P*etavii quã Calvisii in imitatione hac rationem habendã & entia atque tabulas hujusmodi præter necessitatem nõ multiplicanda esse existimavi, & nihilominus in Olympicæ Meto-nicæ Calippicæ & Alexandrææ Periodorũ simplicibus Scaligeri annis tabulis totum Olympici, Metonici, Calippici & Alexandræi calen-dariorum negotiũ Cycli præcipue Solaris tabula in *S*cholio primo præmissa tanquã regula infallibili fretus perspicue, ut spero, propo-sui & declaravi. Etenim harũ 4 Periodorũ vel 4 tabularum Periodi-carũ videlicet Olympicæ in §.5. hujus scholii præmissæ, Metonicæ in §.11. positæ, Calippicæ deniq; in 16 §. & Alexandrææ in hoc ipso §. subjunctæ usus est facillimus. Dato enim aliquo annorum Olym-piadicorum Calippicorum & Alexandræorum aut etiam Metoni-corum annorum numero, ille quidem per 76 hic vero per 19 solet dividitur, & per residuum dies cujusque anni initialis in quolibet Periodo competente & quæritur & invenitur. Detur exempli gratia loco annus Olympiadicus 553, qui simul est annus Metonicus 209 & annus Calippicus 107 utpote cum anno Olympiadico 553 con-currentes. 5 5 3 ergo annis Olympiadicis per 7 6 divisis, in residuo manet annus Olympiadicus 21, qui in Periodo Olympica exhi-bet 27 Iulij, qua 27 *I*ulii annus idem Olympiadicus 553 hoc est an-nus primus Olympiadis 139 non usu civili sed Olympicæ periodi respectu cæpit, quia Noviluniũ tum in 26 Julij ineunte hæsit. Hinc 209 annis Met. per 19 divisis, nihil remanet, hoc est annus hic Me-tonicus 209 est 19nus in cylo Metonico inchoandus secundũ eun-dem cyclum eadem 27 Julii die, licet Metonica anni forma tum abrogata sit. Annis 1 0 7 Calippicis per 76 divisis, manent 31. At annus Calippicus 31 secundum Periodum Calippicam Scaligeri in §. 16 præmissam incipit 26 Iulii jam tum Novilunio medio inci-dente.

gnem. Loco exempli secundi sit annus Alexandræus 89 concurrens cum anno Olympiadico 553 eodem 89 per 76 divisis, manent 13. At annus 13 ius Alexandræus secundum Periodum Alexandræam paulo ante præmissam incipit 23. Sept. Si 23 diebus his pro Augusto & Iulio præcedentibus 62 dies addantur, & à 85 diebus pro 2 mensibus Calippicis 59 dies subtrahantur, manent iidem 26 dies Julij.

§. 29. Sed turbat in Olympica, Attica, Metonica, Calippica & Alexandræa Periodis Scaligerianis rationes Scaligerianas & Calvisianas indiscrete omnes Criticus hujus temporis celeberrimus Dn. Samuel Petitus in toto l. 8. ferme Miscellan. ut & in l. 4. Eclogarum Chronologicarum. Vtrobiq; enim diem Novilunii primi Olympici in anno Mundi 3174, pro quo consultius annum Periodi Julianæ 3938 posuisset, non in 9 sed in 8 Julij incidisse contendit, licet hoc deinde ad Politicam Neomeniam accommodet, novam & in nulla luminarium Astronomia fundatam 40 annorū Periodum c. 6. ejusdem l. 4. p. 219. proponit, in qua primus ejusdem Periodi annus hoc est annus primus Olympiadicus incipit 8 Iulii, secundus 3 Iulii; tertius 28 Iunii, quartus 22 Iunij &c, & in fine c. 4. ejusdem libri 4 addit non existimare se primis illis temporibus usurpatam fuisse Periodum Olympicam sive Atticam, quam construxerunt Viri Magni. Nam illa tota, inquit, nititur ratiociniis & demonstrationibus Calippi, qui adeo inferior est prima Olympiade, ut σύγχρονος sit Alexandri Magni. Hactenus Dn. Samuel Petitus. Etsi vero de hac quæstione supra quoq; in §. 6. prolixè actum sit: tamē ea hic iterū ventilanda venit. Non existimo autem hunc Dn. Samuelem Petitū Criticū forsan meliorem, quā vel Vranologū, prout Dn. Petavium vocare videtur, vel Chronologum aut Scaligerianæ Olympicæ Periodi constructionem intellexisse, id quod de Calvisio quoque videtur censendum esse, aut propriæ 40 annorum Periodi fundamentum, quod ratione Astronomiæ in rei veritate fere nullum est, unquam recte ponderasse. Quod enim Periodus Olympica & quidem prima tota nitatur ratiociniis & demonstrationibus Calippi, hoc maximam partem aliter se habet, licet negari non possit, quod motus Lunaris Calippicus per 344 an-

nos ante Metonis primā Enneadecateridē elapsos à *S*caligero in *Pe*riodis Olympicis sequentibus videlicet secunda, tertia, quarta, & ex parte in quinta nō tantū per προόληψιν verū etiam per licentiam fere justo majorem sit adhibitus. Quod prima Olympias non 8 sed 9 Julii secundū *S*caligerum *C*alvisium & Petaviū, secunda 24 Iulii, tertia 10 Iulii, quarta 26 Iul., quinta 12 *I*ulij & sexta 27 Iul. secundū Scaligerum cæperint, hæc omnia non nituntur ratiocinijs Calippi, sed demonstrationibus vel Tychonis vel Copernici vel Rabbi Hillelis. Sed ut Criticus Maximus me hæc nō solum dicere verū etiam demonstrare videat, licet similis demonstratio in §. 3. & 5 hujus scholii præmissa sit, lubet simile quid in Olympiade sexta non tantum per *S*yzygiarum Calvisii tabulas, quibus neque ab ipso *C*alvisio recte intellectis neque ab ipso Dn. *S*amuele Petito ratione constructionis forsan penitus perspectis idem nimis credulam fidem habet, verum etiam per Calendarium Iudaicum tam Calvisii quam nostrum in anno Periodi Julianæ 3958 & in anno Mundi 3194 experiri.

1. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.	
2	100	1	13	2	41	10	6	
3192	10	3	5	32	23	0	0	S
3194	90 inc.	5	7	30	18	10	6	S
4. Lun. & diff.	118	6	10	4	13	0	0	A
Novilunium Iulii	208 inc.	4	17	34	51	10	6	
6. Menses	181					8		
Iulii dies currens	27	4	17	34	51	10	6	

Novilunium Tychonicum medium idq; Olympiadis sextæ hoc est anni Olympiadici 21 mi initiale in hoc anno Mundi 3194. finiente est dies à cal. Ian. 208va 27 Iulii feria quarta, prout Scaliger, Calippico Lunæ motu non adhibito, primus posuit. Non ægrè feret Vir Maximus me hic pro dierum Politicorum à Judæis

par-

pariter & Athenensibus à sexta vespertina inchoatorum discrepantia 6 horis & pro Attici & Liphensis Meridianorum differentia unam horam & 8/& in summa 7 h & 8/addidisse. Video enim ipsum utriusque hujus differentiæ oblitum in calculo illo, quem in c.4. l.4. Eclog.p.209 è Calvisij Syzygiarum tabulis proponit, illam 7.h & 8/ differentiam eo fine, ne videlicet dies à cal.Jan.190ma 9 Iul. f.3. sed potius dies 189na saltem 8 Iulij feria secunda proveniret, omisisse.

2. Per Calendarium Judaicum nostrum.

Ep,CP.	Per.Jul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/	
42	42	42	42	277	5	495	
4712	3917	3153	2964 A	9	10	60	S
4754	3959	3195	3006	267 inc.	19	435	
2.Lunationes Judaicæ				59	1	506	S
Novilunium Iulii Judaicum quæsitum				208 inc.	17	1009	

3. Per Calendarium Judaicum Calvisii.

Anni Judaici	d	f	h	/	
42	277	1	5	495	
2964 A	9	7	10	60	S
3006	267 incõp.	7	19	435	
2.Lunationes	59	3	1	509	S
Novilunium Julii Iud.	208 incõpl.	4	17	1009	

Si prima Tisri Astronomica in anno Mundi 3195 & Judaico 3006 ineuntibus est dies à cal.Januarii 267 feria quarta, erit neomenia civilis & cælestis mensis tertii præcedentis in anno Mundi 3194 & Judaico 3005 finientibus dies 208va 27Jul. feria quarta. Spero Virum Maximum hæc intelligere posse, nulla hic prolixa explicatione opus esse, & ad oculum apparere, quod ratiocinia Calippica hic non sint adhibita.

§.30. Idemque verum & verissimum erit non tantum in secunda, tertia, quarta & quinta, verum etiam in septima, octava, no-

na, 10ma, 11ma, 12ma, 13tia 16 & 17 Olympiadibus, in quibus omnibus Neomenia civilis Olympica cujusq; Olympiadis initialis Scaligeriana convenit cum neomenia cælesti Tychonica & Iudaica. In Olympiadibus autē sequentibus 70 circiter, quæ videlicet Enneadecaeterida Metonis anno primo Olympiadis 87mæ propositā præcedunt, plerunque neomenia Astronomica Tychonica & Iudaica præcedit neomeniam Olympicam & Calippicam uno die & rarissimè biduo. Probabo id in ipsa Olympiade 86ta sive in anno Olympiadico 341mo ineunte, qui, 341 per 76 divisis, est annus 37mus in quinta Periodo Olympica Scaligeri, incipitq; secundum ipsum 31. Julii, vel, ut in §. 5. hujus scholii demonstratum est, 30 Julij, quæ 30 vel 31 Julii est neomenia civilis & Olympiadis 86tæ initialis, cujus 30 vel 31mæ Iulii loco Calvisius male primā Augusti substituit. Ita idē annus Olympiadicus 341mus, 341 per 40 divisis, est annus 21mus in Periodo nova Petitiana, incipitque die à cal. Ian. 174ta 23 Iunii feria sexta, cum econtra Novilunium correspondens inveniatur in die à cal. Jan. 181. 30 Junii feria sexta: unde Iudicrum Olympicum, 174 & 15 diebus secundum morem Petitianum additis, competit diei 189næ 8 Iulii feriæ septimæ, hoc est diei post primū Lunæ quadrantem proximæ, quia hic incidit in diem 188vam 7 Julii feriam sextā, initq; Athenis duabus fere horis ante Meridiem. Videamus jam, an in hoc anno Olympiadico 341 seu quidem in Periodi Julianæ 4278 & Mundi 3514 annis Neomenia cœlestis vel Tychonica vel Iudaica conveniat cum 30mæ vel 31mæ Iulii neomenia civili Olympica Calippica Scaligeriana, & quantum discrepet.

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

P.Jul.	Mundi	Per.Jud.		d	h	/	//	Sol.	Lu.
57	57	57		108	11	20	32	18	3
4221	3457	3268	A	16	1	50	54	24	[illegible]
4278	3514	3325		92 inc.	9	29	38	2[illegible]	[illegible]
4.Lun.&diff.				118	10	4	13	0	0 A
Novil.Iulii quæsitum				210 inc.	19	33	51	22	3
6.Menses				181					[illegible]
Julii dies currens				29	19	33	51	22	[illegible]

2. Per

2. Per Calendarium Judaicum ſuperius.

Ep. CP.	Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.	d	h	/
58	58	58	58	280	6	909
5016	4221	3457	3268 A	10	9	2605
5074	4279	3515	3326	269 inc.	21	649
2. Lunationes Iudaicæ				59	1	506
Novilunium Iulii Iudaicum idem				210 inc.	20	143

Cum neomenia civilis Olympica & Calippica Olympiadis 86tæ initialis ſecundum Scaligerum ſit in 31 Julii vel potius in 30 Iulii, Tychonica & Iudaica neomenia hac ratione reperitur in 29 Iulii: differentia ſunt unus vel 2 dies, quæ differentia tamen de jure tantum unius diei eſſet, & interdum & quidem per accidens biduum evaderet. In 85 enim Olympiadibus completis motus Lunaris Calippicus motum Lunarem Tychonicum 26 ſaltem horis 9/ & 40// ſive uno die 2. h 9/ 40 // ſuperat.

§.31. Exempli loco ratione unius diei hujus evidentioris ſit annus Olympiadicus 345tus hoc eſt annus primo Olympiadis 87mæ, ſive, 345 per 76 diviſis, annus 41mus in quinta Periodo Scaligeri Olympica incipiens die à cal. Jan. 197mà 16 Iulii feria ſexta, ſecundū Calviſium autē 17 Iulii feria ſeptima, qui annus Olympiadicus 345, 345, per 40 diviſis, ſimul eſt annus 25tus in nona Periodo Petitiana inchoandus ſecundū Dn. Petiti novas rationes die à cal. Ian. 183tià 2 Julii feria ſexta, quo ipſo anno Olympiadico 345 ineunte Meton Enneadecaeterida ſuam ſecundum Scaligerū & Calviſium 15 Julii feria quinta, ſecundū Dn. Petavium autem 16 Iulii feria ſexta, prout in §. 8. hujus ſcholii oſtenſum eſt, inchoavit. Novilunium medium Tychonicum & Judaicum correſpondens, prout ibidem habuimus, cadit in diem à calendis Ian. 196tam 15 Iulii feriam quintam. Contra neomenia civilis Scaligeriana Olympica ſupra erat dies à cal. Ian. 197ma 16 Iulii f. 6. quemadmodū Calviſiana 17 Iulii feria ſeptima. Abberravit ergo neomenia civilis Olympica Scaligeriana à neomenia cœleſti ſaltem unico die, quemadmodum

modũ Calviſiana 17ma Iulii falſa biduo & Petitiana adhuc falſior & falſiſſima in 2 Iulii conſtituta 13 diebus, quia ludicrum Olympicum ſecundum computum Petitianum in 17 Iulii incidens celebratum eſt biduo & paulo poſt Novilunium in 15 Iulii ſupra repertum ἄζυγον. E quibus apparet, quod Scaliger nunquam ultra diem aut ad ſummũ ultra biduũ in neomeniæ civilis Olympicæ ſimulq; Calippicæ vel Cleoſtrati vel Metonis ſaltē temporibus jam cõſiderandæ determinatione aut aberraverit aut aberrare potuerit. Qua de re ſupra quoq; in §. 6. hujus ſcholij quædã præmiſſa ſunt. Et in hoc bidui, ut hoc largiar, termino ipſi quoq; græci ante Metonis tempora vel Φάσεως & conſpectus Lunaris, qui plerunque altera poſt conjunctionem die omnibus eſt obvius, beneficio ſe continere facile potuerunt. Adde eam annorum Olympicorum à Scaligero in Periodo Olympica repræſentatorum & ante Metonem conſiderandorum commoditatem pulcherrimam & tum omnibus forſan notam, ut primus cujusq; Olympiadis annus à Novilunio vel Tychonico vel certe Calippico inierit, ſecundus à primo Lunæ quadrante, tertius à Plenilunio, & annus denique 4tus ab ultimo Lunæ quadrante, qui quadruplex Lunæ aſpectus à Calviſio in Iſagoges c. 8. pluribus declaratus apud nos ruſticis quoq; non eſt ignotus. Vt de annis ἐξαιρεσιμαίοις, ἀνεξαιρεσιμαίοις & δισεξαιρεσιμαίοις in Antiquitate non parum fundatis & non niſi in 344 illis prioribus annis Olympiadicis quærendis jam nihil adjiciam. E quo aſpectuum Lunarium ordine eoque anomaliâ ſua non carente ſimul videre licet, quod vel hoc reſpectu Periodus Olympica Scaligeri ratiociniis & demonſtrationibus Calippi, prout Dn. Samuel Petitus ſupra aſſerebat, tota minime nitatur. Anni enim Olympiadici Scaligeriani & quidem ante Metonis tempora hoc eſt in prioribus 85 Olympiadibus conſiderari neq; mere Lunares neque puri Solares ſed vel 360 vel 361 vel 362 vel 390 vel 391 vel denique 392 dierum ſecundum Scaligerum & Calviſium fuerunt. At Metonici Calippici & Alexandræi anni Scaligeriani & Calviſiani anni mere Lunares fuerunt aliqui quidem 353, aliqui 354, aliqui 355 aliqui 383 aliqui 384 aliqui denique 385 dierum. Non ergo ſimpliciter verum eſt, quod Periodus Attica & Olympica Scaligeriana & Calviſiana

[illegible] demonstrationibus & ratiociniis Calippi tota nitatur. Vnde concludo aut Scaligeranam Periodum Olympicam retinendam esse & quidem ad Metonis [illegible] tempora limitatam & extensam aut aliam annorú Olympiadicorum formam meliorem ab aliis proponendam esse.

§. 37. Jam ergo videamus, qualis illa 40 annorum Periodus Petitiana & quam multorum principiorum petitorum plena sit. Cui rei inserviet sequens Tabula.

Novilunium medium correspondens fit in Dn. Samuelis Petiti Periodo

An. Per.	Dies initiales	Prima	Secunda	Tertia	Quarta	Quinta	Sexta	Septima	Octava	Nona	Dies certa minis
1	8 Iul.	9 Iul.	6 Iul	24 Iul.	2 Iul.	10 Iul.	17 Iul.	25 Iun.	3 Iul.	11 Iun.	23 Iul.
5	17 Iun.	[illegible] Iun.	2 Iul.	10 Iun.	18 Iun.	26 Iun	3 Iul.	11 Iun.	19 Iun	27 Iun.	2 Iul.
9	26 Iun.	10 Iul.	18 Iul. & Iun.	26 Jun.	4 Iul.	11 Iul.	19 Jun.	27 Iun.	5 Jul.	12 Iul.	11 Jul.
13	5 Iul	26 Iul.	4 Iul.	11 Iul. vel [illegible]	20 Iun. vel 19	27 Iun	5 Iul.	13 Iul	21 Iun. 20 Iul.	28 Iun. & Iul.	20 Iul.
17	14 Iun.	1[illegible] Iun.	2[illegible] Iun.	27 Iun.	5 Iul.	13 Iun.	21 Iun.	28 Iun. vel 29	7 Iul.	4 Iun.	29 Iun.
21	[illegible]3 Iun.	25 Iun.	5 Iul.	13 Iun.	21 Iun.	29 Iun.	6 Jul.	14 Iun. vel 15.	22 Iun.	[illegible] Iun.	8 Iul.
25	[illegible] Iul.	[illegible] Iul.	21 Iun.	2[illegible] Iun	7 Iul.	15 Iun.	22 Iun.	30 Iun.	8 Iun.	15 Iul.	17 Iul.
29	11 Iun.	[illegible]	[illegible]	15 Jun.	23 Iun.	[illegible] Iul.	8 Iul.	16 Jun.	24 Iun	1 Iul.	26 Iun.
33	2[illegible] Iun.	15 Iul.	23 Iun.	[illegible] Iul.	9 Iun.	16 Iun.	24 Iun	2 Iul.	10 Iun.	17 Iun.	5 Iul.
37	29 Iun.	[illegible] Iul.	8 Iul	17 Iun.	24 Iun.	2. Iul.	9 Iul.	17 Iul.	25 Iun	3 Iul.	14 Iul.

Cum

Cum 10 Olympiades Scaligerianæ dies 14617 & totidem Calippianæ, nisi me rationes fallunt, 14618 dies & 495 Lunationes Calippicis contineant, quia 495 Lunationes Tychonicæ [illegible] 14617 dies 15 h 25/55// 25///29 IV & 6V, quemadmodum 495 Lunationes Calippicæ dant 14617 dies 18 h 30/ & 35//, in 10 Olympiadibus econtra secundum Dn. Samuelis Petiti 40 annorum hujus Periodum saltem 14610 dies sive 494⅓ fere Lunationes reperiuntur, quia in eadē Periodo 33 anni communes 360 dierū & anni 7 Embolimæi 390 dierū singuli ponuntur. Et hac ratione ejusque superficialiter institutâ primæ Periodi Petitianæ annus cœpit à Novilunio nō in 8 sed in 9 Julii constituto: secundæ Periodi Petitianæ annus primus injit cū secundo Lunæ quadrante 8 Iulii, quia Novilunium incidit in 16 Iulii: tertiæ Periodi Petitianæ annus primus inchoatus est cum ipso fere Plenilunio 8 Iulii, novilunio in 24 Julii invento, & hac ratione eaque manifestâ ludicro Olympico anni Olympiadici 8imi hoc est anni primi Olympiadis 2imæ non sine ἀτόπῳ 23tiā Julii pridie Novilunij celebrato: quartæ Periodi Petitianæ annus primus hoc est annus primus Olympiadis 31mæ [illegible] paulo ante primum Lunæ quadrantem 8 Julij 7 fere diebus post Novilunium in 2 Julii repertum, ludicro 23tiæ Julij Olympicorum non sine ἀτόπῳ in secundū fere Lunæ quadrantem incidente, quemadmodum quintæ Periodi Petitianæ annus primus [illegible] Julij inchoandus à 10mæ Iulij novilunio biduo abest.

§.33. Licet autem Dn. Samuel Petitus in Periodi hujus [illegible] propositione de rationibus hujusmodi Lunaribus non videatur fuisse sollicitus, de jure tamen & merito id facere debuisset [illegible] an in hac novâ 40 annorum Periodo ad ullum Lunæ motum & ad quem vel qualem respexisset, & an mensem Lunarem Synodicum Cleostratæum 29 d 12 h 50/54//30/// loco regulæ adhibuisset, an Metonicum 29 d 12 h 45/57//, an Calippicum 29 d 12 h 44/25//[illegible], an Ptolemaicum secundum Origanum in Ephemeridibus 29 d 12 h 44/3//10///58 IV. & 10V, an Iudaicum & Rabbi Hillelis 29 d 12 h & 793/ Iudaicorum, qualium una hora 1080 continet, hoc est 29 d 12 h 44/3// 20///, an Prutenicū & quidem secundum Dn. Petavium

L 7.

l. 7. de doctr. temp. c. 1. 29 d 12 h. 44/3//10///18IV 9V 28 VI, an Atlantis Danici Nobilissimi Dn. Tychonis 29 d 12 h 44/3//8///32IV 10V & 48VI, an denique Arabicum & Turcicũ 29 d 12 h & 44/, siquidem annus Arabicus sive Hegiræ Lunaris è 12 mensibus Arabicis Synodicis compositus secundum Alfraganum, Dn. Nicolaum Mullerium & secundum Arabes est 354 dierum cum una parte quinta & cũ una parte 6ta unius diei hoc est cum $\frac{11}{30}$ unius diei. Et hoc plane superficiali modo considerata jam sit 40 annorum Periodus *Petitia*na ratione totius consideranda deinceps respectu unius & alterius anni non tantum è prima verum etiam ex alijs *Periodis* desumendi & loco exempli producendi.

§. 34. *Pro anno nono Primæ Periodi Petitianæ. qui in anno Periodi Julianæ* 3946 & Mundi 3182. 26 Junij incipit.

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

Per Jul.	Mundi	*Per. Jud.*	d	h	/	//	Sol	L.
29	29	29	88	8	34	20	18	13
3917	3153	2964 A	15	2	27	48	20	0 S
3946	3182	2993	7 inc.	6	6	32	26	13
3, Lunationes & Diff.			88	21	20	10		A
Novil. Junij Tychonicum			162 inc.	3	26	42	26	3
5. Menses			551					S
Iunii dies currens			11	3	26	42	26	12
Lunatio			29	12	44	3 A		
Iulii dies currens			10	16	10	45	26	13

Calculo per Calvisii *Syzygiarum* Tabulas instituendo & instituto, proveniunt pro Novilunio priore 11. d. incõpleti Iunij 6. f 3. h. 26/ 40// una cum cyclo Solis 26 & Lunæ 13, quemadmodum pro posteriore Novilunio 10 d. Iul. incompleti 7 f 16 h 10/ 43// una cum

anno Mundi 3182 & iisdem cyclis. Non negabit [illegible] utrumq; Novilunium in 11 Junij & 10 Julij, cum [illegible] liger propterea Olympiadem tertiam inchoat, [illegible] & [illegible] investigatum & inventum.

2. Per Calendarium Judaicum nostrum.

Ep. CP.	Per. Iul.	Mundi	Per. Iud.	d	h	'
30	30	30	30	260	4	[illegible]
4712	3917	3153	2964 A	9	10	6[illegible]
4742	3947	3183	2994	250 inc.	17	[illegible]
3. Lunationes Iudaicæ				88	14	[illegible]
Novilunium Iunij Iudaicum				162 inc.	3	8[illegible]
5 Menses Iuliani				151		
Novilunium & Iunij dies currens				11	3	8[illegible]
Lunatio Iudaica				29	12	[illegible]93
Novil. posterius & Iulij dies currens				10	16	[illegible]

Novilunium ergo prius cadit in anno Epochæ Constantinopolitanæ 4741 Mundi 3182 & Iudaico 2993 finientibus & [illegible] in anno Periodi Iulianæ 3946 in 11 Iunij feria sextam, [illegible] dum posterius, unâ Lunatione addita, in 10 Iul. feria septimam, [illegible] annus hic nonus secundum Dn. Samuelem Petitum cœpit [illegible] & certamen Olympicum, prout in Tabula superiori [illegible] incidit in 11 Iulii. Ergo celebratum [illegible] hoc certamen [illegible] Novilunium proximo. At secundum [illegible] & P[illegible] interpretem Scaligerum idem certamen in ipso Plenilunio celebrandum erat. Quis Græcos [illegible] Chronologo præco [illegible], cum Iudæorum [illegible] Plenilunio [illegible] Plenilunium celebrare debuerint, [illegible]

Lu-

lunam vel plane non vel parum viderint, cum secundum oracu-lum κατὰ τρία videlicet ἐνιαυτοὺς μῆνας & ἡμέρας sacrificare debuerint, cum diem Novilunij & Plenilunij vulgare vel ex alienis indicijs vel alijs adminiculis habere potuerint, idem tamen ludicrũ Olympicum vel in Novilunio vel paulo post Novilunium celebraverint: Ita in anno nono quintæ Periodi Petitianæ hoc est in anno primo Olympiadis 4ƒtlæ sive in anno Olympiadicò 1690 certamen Olympicum & Novilunium medium in eadem Tabulâ in eandem 11 Iulij diem incidunt: id quod etiam fit in anno quinto secundæ Periodi hoc est anno primo Olympiadis 12mæ in 2 Julii, in anno 13tio Periodi octavæ in 20 Julii, & deniq; in anno 17mo Periodi septimæ in 29 Iunij.

§ 35. Ita ludicrum Olympicum secundum Periodum Petitianam quandoque incidit in primum Lunæ quadrantem, quod accidit in annô quinto primæ Periodi in 2 Julij, Novilunio in 25 Junij cônstituto, in anno nono quartæ Periodi 11 Iulij, Novilunio in 4 Julij deprehenso, & deniq; in anno 13tio 7mæ Periodi in 20 Julij, Novilunio in 13 Iulij hærente. Quandoque vero idem ludicrum Olympicum Petitianum incidit in secundum Lunæ quadrantem, quod fit in anno nono Periodi secundæ 11 Julii, Novilunio in 18 Iulij subsistente, in anno 13tio quintæ Periodi in 20 Iulii, Novilunio medio in 27 Iunii fixo, in anno 17mo quartæ Periodi in 29 Iunii, Novilunio in 5 Iulij invento, in anno 21mo deniq; septimæ Periodi 8 Iulii, Novilunio medio in 14 vel 15 Iunii deprehenso. Quæ omnia non solũ meo indicio ita prolata sunt: verũ etiam cujuslibet privato studio tabularum præmissarum adminiculo facilè probari & comprobari possunt. Cum autem hæc ἀπειρία græcis & præsertim Athenienfibus Sapientiæ studiosissimis sit indigna, parum profecto artis est in nova Dn. Samuelis Petiti 40 annorum Periodo utpote cum 76 annorum Olympica, Calippica & Alexandrina Scaligeri Periodis ratione artificij minimè comparanda sed ipsi Autori relinquenda. Ad Tarrutij Eclipsin à Dn. Samuele Petito contra Illustr. Scaligerũ illotis manibus bis productam ut & ad alias nullas Chronologicas novitates alias si non

T 3 omnes

omnes saltem aliquas respondebitur, [illegible], in Chronologia. Jam enim hoc scholion justo majus tandem finiendum.

K K. Scholium nonum.

Plenilunium hoc medium secundum subsequentem calculum in 12 Martij anni Juliani 42di ita invenitur.

Per *Iul.*	Mundi	*Per.Iud.*	Al.	*Iul.*	d	h	'	''	Sol	Lu.
33	33	33	33	33	103	*21*	16	57	22	17
4677	3913	3724	*275*	9A	*17*	12	55	31	16	[illegible]
4710	3946	3757	308	*42*	86 inc.	8	21	26	6	*17*
Dierum & Meridianorum diff.						8	13	0 A.		
Novilunium Martij Tychonicum					86 in.	*16*	*34*	26	6	*17*
Dimidia Lunatio					*14*	*18*	*22*	*2*	S	
Plenilunium Martij medium					*71* in.	22	*12*	24	6	*17*
2. Menses *Iuliani*					*59*					6
Martii dies currens					*12*	22	*12*	*24*	6	*17*

Plenilunium hoc medium incidit in diem à cal. *Ian*uarij 71 seu 12 Martij & quidem cyclo *Solis* 6 feriâ secundam. Operatione per tabulas syzygiarum Calvisij instituta, proveniunt anni Mundi *3946. 71* dies incompleti *2* f *22* h *12/23//* una cum cyclo *Solis 6* & Lunæ *17*.

2. Per Calendarium Judaicum superius.

Ep.Cp.	Per.*Iul.*	Mundi	Per Iud.	Al.	Iul.	d	h	'
34	*34*	34	*34*	*34*	*34*	*275*	*18*	808
5472	4677	3913	3724	275	9 A	11	30	30
5506	4711	3947	*3758*	309	43	263 inc.	20	808
6 cum dimid. Lunationes Judaicæ						19	34	835
Plenilunium Mart. *Judaicum* quæsitum						*71* inc.	21	1053

Lune

Licet ergo Plenilunium hoc medium anni Periodj Julianæ 4711 & Juliani 43tij paulo post quartam horā pomeridianam 12-mæ Martii fiat, Eclipsis tamen propter mediæ & veræ oppositionis intervallum 13tia Martij demum subsequitur. Quæramus jam etiam pascha Alexandræum anni Alexandræ 308, ante quod Herodes secundum Josephū & Petavij interpretationem est mortuus. Annus sequens Alexandræus 309nus, 309 per 76 divisis, est annus quintus in Periodo quinta Alexandræa, qui secundum Scaligerum & Calvisiū incipit d. à cal. Jan. 265ta 22 Sept. eaq; cyclo Solis 6 semper feriâ secunda incipiente feria septima. Si à 265 d. 7 f. subtrahantur 163 d. 2 f, manent 102. d. 5. f, hoc est pascha anni Alexandræi 308, ante quod Herodes anno Juliano 42do, secundū nova Petavij opinionem est mortuus, secundum Calendariū Alexandræū tum temporis in Judæa usitatū, licet hoc ipsum Petavius strenue neget, celebratū fuit die à cal. Jan. 102da 12 Apr. feria quinta, quæ ipsa 12 Apr. feria 5ta per Calendarium Judaicū, licet tempore Christi id nondum in usum naturæ fuerit, sequenti modo invenitur. Prima enim Tisri Astronomica paulo ante erat dies à cal. 263 feria quinta, propter 18 horas adhærentes dies 264 feria sexta & propter adu denique, dies 265 feria septima. 163 d 2 f hinc subtractis, pascha Judaicū anni Alexandræi 308 fit eadē dies 102da 12 Apr feria quinta. Si ergo Herodes inter 13 Martij & 12 Apr. mortuus est, mortuus sit secundū Petaviū in fine Martii anni Juliani 42di. Et sic à 25 Dec. anni Jul. 41, quo Christus secundū eundem Petaviū natus est, ad finem Martij anni Juliani 42di 3 circiter menses interciperentur. At quomodo Herodis, qui Christum in fine anni Juliani 41mi natum esse procul dubio exacte scivit, jussu in infanticidio in Jan. circiter vel Februario anni Juliani 42di perpetrato ad bimulos respici potuit? Adde quod Magi Hierosolymis Herodem convenerunt, quod Christi Parentes aliquo temporis spatio interjecto, antequam Herodes moreretur, in Ægyptum venerunt, quodque Herodes, Magis dimissis & Hierosolyma relictâ, in thermas se contulit; quæ omnia trium mensium spatio fieri potuerint, quilibet judicabit.

LL. Scholion Decimum.

Lucæ verba extant c.3. & quidem partim v.1. ubi 15ti Tiberij [illegible] fit mentio, partim v.23, ubi idem Evangelista anni Christi 30mi fere completi meminit: unde à Luca annus 15tus Tiberij & annus 30mus Christi concatenati habentur, licet uterque annus non eodem anni tempore inchoetur, sed ille in Augusto ejusque die 19, quo Augustus Tiberij antecessor anno Iuliano 59 hoc est anno 14to Epochæ Christianæ & anno *Periodi Julianæ 4727* mortuus est, hic vero secundum vulgarem sententiam in fine Decembris. [illegible] verba v. ejusdem 23. minime, prout Dn. Petavius l.12. de doctrina temp. c.5. asserit, sunt obscura. Unde enim B. Ignatius, cujus locum & verba ibidem recitat ipse Petavius, Christum τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενον ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου βαπτισθῆναι pronunciat? [illegible] Quod Ignatij testimonium clarissimum ibidem frustra aliter interpretatur Petavius. Annus ergo 15tus Tiberij ratione prioris trientis sive ratione 4 priorum mensium puta Septembris, Octob. Nov. & Decembris comparatur cum postremo triente sive cum iisdem 4 mensibus anni ætatis Christi 30mi, hoc est menses 4 priores ejusdem anni ejusdē 15ti Tiberij concatenantur cum 4 [illegible] iisque in anno ætatis Christi 30mo postremis eoq; in Decembri completo: vel secundum *Scaligerum*, Calvisium, Matthæum Beroaldum & c Christi natalem *Septembri* assignantes, annorum 15tus Tiberij comparatur ratione prioris sextantis sive [illegible] duorum mensium Augusti & *Septembris* cum postremo sextante sive cum postremis 2 mensibus ejusdem anni ætatis Christi 30mi in *Septembri* vel Octobri secundum *Scaligerum* [illegible]. Hic annus 15tus Tiberij, ut argumenta cætera in tanta brevitate prolixiora & ad *Scaligeri*, Calvisij & aliorum [illegible] ab Augusti obitu, à Tiberij cæde & à sequentium Imperatorum [illegible] annis petita, id quod Calvisius in c. 46, [illegible] [illegible], hic omittamus, [illegible], annus [illegible] Tiberij ab Eusebio l. 10. [illegible]. Evang. commode comparatur cum anno Olympiadico [illegible]4, quia, ut Tiberius Augusto 19no Augusti die

mor-

mortuo in imperio successit, ita annus Olympiadicus 804 hoc est annus Calippicus 38 &, 358 per 76 divisis, annus 54 in quinta Periodo Calippica 12 Iulii cæpit. Si jam Salvatorem nostrum dilectissimum in medio vel Septembris vel Octobris baptizatum esse statuamus, ab initio Periodi Julianæ ad initium Olympiadum annos completos 3937 & 6. menses elapsos esse cum Scaligero & Petavio hac in re concordibus non negemus, & proinde ab initio Olympiadum ad Christi baptismum 803 annos completos & 2 circiter menses numeremus, tunc hac ratione certa annos Periodi Iulianæ 4740 & 8 circiter menses hoc est, 4713 â 4740 & 8 mensibus subtractis, annos Epochæ Christianæ 27 completos & 8 menses & annos Iulii Cæsaris, sive Iulianos 72 completos & 8 menses usque ad Christi Baptismum elapsos acquiremus. E quo calculo apparet annum 30mum ætatis Christi cum anno 15to Tiberij â Luca comparatum minimè cum anno Epochæ Christianæ 30 sed cum 28vo saltem convenire, Epocham nostram vulgarem Christianam â vero nativitatis Christi anno non multum ultra biennium non autem ultra quadriennium, quod Dn. Petavius hac ratione contra Lucæ verba defendit, aberrare, & Christi Ministerij initium Octobri circiter anni Epochæ Christianæ 28vi, anni Periodi Iulianæ 4741 & anni Iuliani 73tij asscribendum venire. Ita si ab initio Olympiadum ad baptismū Christi anni 803 completi & 2 menses 30 item anni ætatis Christi elapsi sunt, si hi 30 anni ab annis 803 & 2 mensibus subtrahantur, relinquuntur sine dubio anni Olympiadici completi 773 & 2 menses ad nativitatem Christi elapsi: unde nativitas Christi competit anno Olympiadico 774 supra ab Eusebio posito, anno Epochæ Constantinopolitanæ 5507 ineunti, anno Mundi 3948 & Judaico 3759 itidē incipientibus, anno Metonico 672, anno Calippico 328 & anno Alexandræo 30mo. Ita ab initio Periodi Julianæ ad Olympiadum primordiū elapsi sunt anni 3937 completi & 6 menses supra aliquoties usurpati. His 3937 annis & 6. mensibus additi anni Olympiadici 773 & 2 menses ad nativitatem Christi elapsi producunt annos Periodi Iulianæ completos 4710 & 8 menses, hoc est nati Christi vera Epocha cæpit cū ultimo triente

 anni

anni *Periodi Iulianæ* 4711. At annus Periodi *Julianæ* 4711 est annus Vrbis Varronianus 751 & annus Iulianus 43, quibus annis Lentuli & Messalæ Consulatus sine dubio competit.

M.M. Scholium undecimum.

Herodes, prout in ipsa Chronologia non tantum è *Scaligeri* verum etiam Dionysii Petavij mente pluribus exponetur, duplex habet regni initiū. Prius quidem init cum æstate anni Iuliani [illegible] hoc est anni *Periodi* Julianæ 4674, quibus annis Herodes Romæ *Iudææ* regnū accepit: posterius vero init cum æstate anni Iuliani 9ni & ab Hierosolyma capta. Secundū *Scaligerum* idem Herodes in fine circiter Februarij anni Iuliani 45 est mortuus. Et hac ratione Herodes secundum prius initium per 38 annos & 8 fere menses imperasset, prō quibus Iosephus tantum 37 annos ponit, quemadmodum secundum posterius initium ipsumq; Scaligerū idem Herodes per 35 annos & 8 menses regnavit. At secundum Dn. Petavium mortem Herodis in annum *Iulianum* 42 per violentum triennij prochronismum conjicientem idem Herodes secundum prius quidem initium per 35 annos & 9 menses fere, quemadmodum secundum posterius initium per 32 annos & 9 menses imperio præfuit.

N.N. Scholion duodecimum.

Dn. noster Iesus Christus secundum Dn. *Petavium* natus est in Decembri finiente anni *Periodi* Iulianæ 4709 sive anno Periodi Iulianæ 4709 fere completo. Epocha vero nostra Christiana secundum *Scaligerum* pariter & *Petavium* cæpit annis Periodi Iulianæ 4713 completis elapsis. *Annis* 4709 ab annis 4713 subtractis, manent pro Petavio ejusque quadriennio inter Christi nativitatem & Epocham Christianam interjecto 4. solidi anni.

O.O.Scho-

O O. Scholion decimum tertium.

Baptismum Christi Dn. Petavius initio anni Epochæ Christianæ 29ni asscribit forte veterum sententiam, qui Christum 6. Januarij baptizatum esse voluerunt, hac in re secutus: unde ab initio Epochæ Christianæ ad Baptismum Christi secundum Petavium 28 anni completi elapsi sunt. Crucifixus autem est secundum eundem Petavium Salvator noster dilectissimus in vere anni Epochæ Christianæ 31mi, adeoque ab initio Epochæ Christianæ ad Passionem dominicam secundum Dn. Petavii effluxerunt 30 anni Epochæ Christianæ cõpleti & 3 menses. Unde, 28 Epochæ Christianæ annis completis ab annis ejusdem Epochæ 30 cõpletis & 3 mensibus subtractis, manent pro duratione Ministerij Christi Petaviana 2 anni & 3 menses, in quibus 2. annis Dn. Jesus Christus secundum Petavium tantum 3 Paschata celebravit, quæ 3. Paschata idem Dn. Petavius l. 12. de doct. temp. c. 17. expressè defendit. Quam consentaneè Dn. Petavius hic loquatur, Dominis Theologis, cujuscunque religionis sint, judicandum relinquitur.

P. P. Scholion decimum quartum.

Ab Olympiadum initio ad primum Epochæ Christianæ annum non tantum secundum Scaligerum & Calvisium verum etiam secundum ipsum Dn. Petavium elapsi sunt anni completi 775 & 6 menses, quod respectu Scaligeri & Petavij Periodi Iulianæ annis utentium ita patet. Ab initio enim Periodi Julianæ ad initium Olympiadũ numerantur secundũ utrumq; 3937 anni comp. & 6 menses, quemadmodum ad initium Epochæ Christianæ 4713 anni cõpleti. Annis Periodi Julianæ 3937 & 6 mensibus ab annis 4713 subtractis, manent anni 775 completi & 6 menses. His 775 annis & 6 mensibus addantur jam superiores 30 Ep. Christianæ anni & 3 menses inter Epochæ Christianæ primordium & Dominicam Passionem secundum Dn. Petavium interjecti, & prodeunt anni Olympiadici 805 completi & 9 menses ad Dominicam Passionem secundum Pe-

tavium elapsi non plures non pauciores. Nullo ergo jure Dn *Petavius* Passionem Dominicam anno Olympiadico 807 & anno Tiberij 18vo asscribere potest. Imo, dum hoc fecit & facit, sibi ipsi minime consentanee locutus contradixit & contradicit, *Phlegontis* quidem testimonium famosissimū, quod videlicet Eclipsis illa praeternaturalis anno Olympiadico 808vo conspecta sit, in dubium vocare & verbis Phlegontis ab Africano, Eusebio & Hieronymo relatis numerorum corruptionem asscribere l. 12. de doctr. temp. c. 21. *Dn.* Petavius conatur. Sed revera & frustra & sibi ipsi contrarius est.

QQ. Scholion decimum quintum.

*S*alvator noster secundum Dn. *Petavium* ministerium inchoavit, 28 Epochae Christianae annis completis elapsis, hoc est annis Periodi Iulianae completis 4741. Natus autem est secundum eundem Dn. Petavium, elapsis annis ejusdem Per. Julianae completis 4709. *S*i hi 4709 anni ab annis 4741 subtrahantur, relinquuntur 32 anni completi, quot annorum Salvator secundum Petavium non autem 30 annorum secundum Lucam fuit, cum ministerium inijt. Num Dn. Petavius hic consentanee locutus fuerit, quilibet viderit.

RR. Scholion decimum sextum.

In hoc *S*cholio nobilissima totius hujus Opusculi particula adjicienda est, & 5 Paschata, quae *S*alvator Ministerio durante in his terris peregit, non Calvisiana ratione in c. 49. Isagoges conspicua eaq; multis modis erroneâ, nec Scaligeriano more satis obscuro, sed Syzygiarum & Calendarii Iudaici ut & Calippicae & Alexandraeae Periodorum Scaligerianarum adminiculo meliore ordine sunt consideranda, & in fine diatribe de vero mense & die nati Christi subjungenda.

Pascha primum.

§. 1. Pascha primum in anno Ministerij Christi primo, Tiberij 15to, Epochae Christianae 29, aetatis Christi 31mo, Iuliano 74, Alexandraeo 340, Calippico 358, Olympiadico 804, Judaico 1789, Mundi 3978, Periodi Iulianae 4742 & Epochae Constantinopolitanae

5537

5537 cyclo Solis 10 Lunæ nono currentibꝰ celebratū incidit in diem à cal. Jan. 109. 19 Apr. feriā tertiam. Scaliger l. 6 de Em. Temp. p. 554. primā Nisan (Alexandræam) 5 Apr. feriā tertiā, 14tam diem Nisan, quam ipse peculiari consilio semper primam Azymorū vocat, 18vam Apr. feriā secundam ponit, & proinde pascha, quod propter badu 18 Apr. feria secundâ celebrari nequit, in 19 Apr. feriā tertiam aliquantum obscuris verbis conjicit. Id verum esse per sequentes calculos demonstrabitur.

1. Pro prima & decima quinta Nisan Tychonica anni Alexandræi 340 & Christi 29.

1. Per Tabulas nostras.

Mundi	Per Jud.	Al.	Iul.		d	h	′	″	Sol.	Lu.
65	65	65	65		110	0	1	42	26	11
3913	3724	275	9	A	17	12	55	31	16	0S
3978	3789	340	74		92 inc.	11	6	11	10	11
Diff. dierum & Mer.						8	13	0A		
prima Nisan Tychonica					92 inc.	19	19	11	10	11
Dimidia Lunatio					14	18	22	2	A	
15ta Nisan Tychonica					107 inc.	13	41	13	10	11

2. Per Tabulas Calvisii.

Anni M.	Christi	d	f	h	′	″	Sol.	Lu.
26	26	105	1	3	6	15	6	11
3952	3A	12	7	16	0	6	24	0S
3978	29	92 inc.	7	11	6	9	10	11
Diff.				8	13	0A		
prima Nis. Tych.		92 inc.	7	19	19	9	10	11
Dimidia Lunatio		14	7	18	22	3	A.	
15ta Nisan Tych.		107 inc.	1	13	41	13	10	11

3. Per

3. Per Calendarium Judaicum,

Ep, Cp.	Per. Jul.	Mundi	Per. Jud.	Al.	Iul.	d	h	′
66	66	66	66	66	66	281	19	576
5472	4677	3913	3724	275	9 A	11	20	2[illegible]5
5538	4743	3979	3790	341	75	269 inc.	23	556
6. *Lunationes Iudaicæ*						177	4	435
Prima Nisan Iudaica Anni Al. 340.						92 inc.	19	118
Dimidia Lunatio						14	18	396 A
15ta Nisan Judaica Anni Christi 29						107 incõ.	13	514

Ex hoc triplici Epilogismo patet, quod in anno Epochæ Constantinopolitanæ 5537 *P*eriodi Iulianæ 4742, Mundi 39[illegible]8, *I*udaico 3789 Alexandræo 340 *I*uliano 74 & Epochæ Christianæ 29 prima Nisan Tychonica sit dies à cal. 92da 2 Apr, feria septima vel etiam propter 19 horas adhærentes 3 Apr. feria prima, & 15ta Nisan dies 107ma 17 Apr. feria 7ma. Iam excessus in 357 annis Calippicis, 357 per 277// multiplicatis, est 98889// hoc est 1 d. 3. h 28/ & 9//, quæ superioribus 92 d. 19 h. 19/ & 11// & hinc 107 d 13 h 41/ 13// addita exhibent pro prima Nisan Calippica Alexandræa Astronomica 9[illegible] incõpl; 22 h. 47/ 20//, & pro 15ta Nisan Calippica Astronomica 10[illegible] d inc. 17 h. 29/ 22//, hoc est 15ta Nisan sive *P*ascha Calippicum est dies à cal. Ian. 108va 18 Apr. feria secunda & propter badu dies 109na 19 Apr. feria tertia, & proinde prima quoque Nisan, 14 à 19 deductis, est dies 95ta 5 Apr. feria tertia, prout *S*caliger hac ipsa demonstratio fretus recte posuit.

2. Pro eadem prima & 15ta Nisan Alexandræa anni Alexandræi 340 per Periodum Scaligeri Calippicam in §. 16. supra positam.

Annus Calippicus 359 pro Paschatis hujus inventione hic considerandus, 359 per 76 divisis, est annus 55tus in quinta *P*eriodo

do Calippicæ inchoandus secundú Scaligerum ut & hic juxta Calvisiú pariter & Petavium die à cal. Ian. 182dà 1 Iulij, quæ cyclo Solis 10 necessariò est feria sexta. Additis pro 3 mensibus 89 d. & 5. f, fiunt 271 d. & 4 f hoc est prima Tisri in anno Calippico 359 & Alexandræo 341 est dies 271 feria quarta & propter adu dies 272 feria quinta. Si à 272. d 5. f. pro prima Nisan annorum præcedentium 177 d & 2. f & pro 15ta Nisan 163 d. & 2 f subtrahantur, tunc prima Nisan evadit dies à cal. Jan. 95. 5. Apr. feria tertia & 15ta Nisan dies à cal. Ian. 109. 19 Apr. feria tertia; prout Scaliger rectissime posuit.

3. Pro eadem prima & 15ta Nisan eorundem annorum per Periodum Scaligeri Alexandræam in §. 28, positam.

Annus Alexandræus 341, 341 per 76 divisis, est annus 37 in 5tâ Periodo Scaligeri Alexandræa, cujus prima Tisri in Tabula Periodi Alexandrææ tam Scaligeriana quam Calvisiana est dies à cal. Ian. 271 & 28 Sept. eaque cyclo Solis 10 necessariò feria quarta: unde propter adu succedit dies 272da 29 Sept f. 5. Iterum 177 dieb9 & 2 f & 163 d. & 2. f à 272 d. & 5 f subtractis, prima quidem Nisan Alexandræi anni 340 evadit dies à cal. Ian. 95ta 5 Apr. feria 3tia & 15ta Nisan dies à cal. Jan 109na 19 Apr. feria tertia. Spero hæc adeo perspicuè à me esse proposita, ut nemini possint esse obscura.

§. 2. Calvisius, manifestâ hac demonstratione, quæ illi minime vel potuit vel debuit esse ignota, relictâ & rejectâ, in. c. 49. Isagoges in hujus Paschatis primi consideratione non tantum singularis verum etiam variabilis & mirabilis est. Nam cum in c. 12. ejusdem Isagoges ad Ill. Scaligeri ductû & præscriptum recte docuisset & dixisset, quod Iudæi sub jugo Macedonico constituti; 18 post primæ Periodi Calippicæ initium annis elapsis, formam anni in Periodo Alexandræa propositâ receperint, & 2dum Periodum hanc Alexandræam sexcentis usq; ad Constantini Magni tempora annis deinceps festivitates suas & inter has Pascha definiverint: in eodem

c. 49.

c.49 Isag. & in Paschate hoc primo ad Calippicam Periodum, Alexandræâ Periodo plane omissâ, quasi hæc insufficiens & inutilis jam esset, confugit, cum tamen nunquam & nuspiam, quomodo per Periodum Calippicam Pascha inveniri possit, docuerit, idquod paulo ante in membro 2. §. 1. præstitum fuit, & hinc dicit, quod ex his ce locis (at quib9? at ubi quæso declararis?) simul sumtis in Periodo Calippica eruatur dies Novilunij Paschalis apud Judæos 3 Apr. feria prima 10 h 56/ ante meridiem, quodq; Pascha hoc primû celebratû fit 17 Apr. feria prima. Vnde Calvisius 10 horas has & 56/ ante meridiê desumserit, neq; Davus neq; Oedipus dixerit. Qua quidem in re Calvisius non tantum Scaligero & sibi ipsi contradicit, quia in membro 1.2. & tertio §. primi per syzygiarum & Calendarij Iudaici tabulas perque Calippicam & Alexandræam tam Scaligeri quam Calvisij Periodos idem Pascha sive 15ta Nisan Alexandræa 19 Apr. f. 3. eademque prima Nisan 5 Apr. feria tertia inventæ fuerunt: verum etiam idem Pascha per Calendarium Judaicum ab ipso inventum cum eodem Paschate primo per Calippicam & Alexandræam Periodos reperiendo confundit. In membro enim primo §. 1. & in operatione tertia per Calendariû Iudaicum institutâ pro prima Tisri Iudaica Astronomica anni Alexandræi 341 inveniebantur 269 d. incompl. 23h 556/: unde prima Tisri Politica propter 23 horas adhærentes evadit dies 270 & quidem cyclo Solis 10. f. 3. 177 diebus & 2 f & 163 d & 2 f à 270 d & 3. f subtractis, prima Nisan Iudaica Politica evadit dies à cal. Ian. 93tia 3 Apr. feria prima & 15ta Nisan sive Pascha Iudaicum, minime autem Alexandræum, dies 107ma 17. Apr. f. 1.

Non levis est hic Calvisij error. Dicit enim se Pascha hoc in 17 Apr. feria prima per Periodum Calippicam invenisse, cum tamen id per Calendarium Iudaicum tum nondum inventum multo minus usitatum investigaverit, prout idem Calvisius in anno Mundi 3978 expresse & satis absurde ponit. Quid enim hic opus est Calendario Iudaico tum nondum confecto nondum ad usum civilem invecto? Imo quid opus hic Periodo Calippicâ, cum sufficiat imo Periodo Calippicæ palmam præripiat & eripiat Alexandræa? Vera autem erroris Calvisiani causa

eausa est, quia Calvisius Periodo suæ Alexandrææ diffisus fuit, quã à Præceptore primo & communi Chronologico eoque nunquam satis laudato Ill. Scaligero mutuatam in multis annis & quidem in quibuslibet bissextilibus præter tanti Viri meritum & nulla de causa mutavit & miserè mutilavit, id quod etiam in Periodo Olympica Metonica & Calippica fecit, cum tamen in hoc anni Alexandræi 340mi, quem Calvisius hic quoq; ponit, Paschate primo nullâ tali diffidentiâ opus fuisset, prout in membro 3. §. 1. perspicuè demonstratum fuit. Hoc enim modo ibidẽ exposito rectè percepto, quid clarius & facilius esse potest, quam Pascha hoc primũ 19 Apr. feriam tertiam nõ autem 17 Apr. feriam primã esse & fuisse? Et quibus ambagibus Calvisius per manifestam & Scaligero imo ipsi Calvisio injuriam contradictionem Pascha hoc in 17 Apr. feria 1. collocavit? Satis diu hoc saxum volvi, satis diu & miserè me in his Calvisianis cum Scaligerianis ijsque satis obscuris collatis maceravi, donec tandem partim per Syzygiarum & Calendarij Iudaici Tabulas reformatas partim per Calippicam & Alexandræã Periodos Scaligerianas hoc est veras ad veritatis Scaligerianæ hujus nobilissimæ inventionem non sine magno gaudio perveni, itaque Calendarium Iudaicum hodiernũ ex Alexandræo hoc è Calippico & Calippicum deniq; è Metonico Calendario non minima ex parte successivè desumta esse deprehenderim. Hunc Calendarij Iudaici usurpandi morem præposterum inchoat Calvisius in anno Mundi 3016, illumque deinceps continuat. In hoc anno enim annum Sabaticum 4tum Iobelæi undecimi post Exodũ incepisse dicit 14 Sept. feria quinta anno Judaico 2828, cum tamen annus Judaicus 2828 non sit anno Mundi 3016 sed 3017. Ita annus Iudaicus 2828 incipit secundum rationes Astronomicas tam Tychonicas quam Iudaicas die à cal. Jan. 256. 13. Sept. feria quarta: cujus loco Calvisius ibidem propter adu Iudaicum 14 Sept. f. 5. ponit, cum tamen adu tum nondum in rerum natura fuerit, sed in Calendario Alexandræo demum excogitatũ & in Iudaico paulo post Constantini M. tempora constructo repetitum sit, qua de re in Chronologia pluribus dicendum erit.

X Pascha

Hoc Pascha juxta calculum subsequentem in anno Ministerij Christi secundo, Tiberij 16, Ep. Christianæ 30, ætatis Christi 32, Juliano 75, Alexandræo 341, Calippico 359, Olympiadico 805, Judaico 3790, Mundi 3979, *Periodi Iulianæ* 4743 & Epochæ Constantinopolitanæ 5538 cyclo Solis 11 & Lunæ 12 currentibus incidit in diem à cal. Ian. 98. 8. Apr. feriam septimam. Idem fere dicit Scaliger, dum loco supra allegato primam Nisan quidem 25 Martij feriam septimã, primam Azymorũ vel 14tam Nisan 7 Apr. feriam sextam, & per consequens ipsum *Pascha* hoc, quod propter badu 7 Apr. feria sexta celebrari non poterat, sive 15tam Nisan octavam Apr. feriam septimam constituit & ponit: id quod breviter ita demonstrandum erit.

1. Pro decima quinta & prima die Nisan Tychonica anni Alexandræi 341 & anni Epochæ Christianæ 30mi

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas

Mundi	*Per.*Jud.	Al.	Iul.	d	h	′	″	Sol.	Lu.
66	66	66	66	99	8	50	19	17	12
3913	3724	275	9A	17	12	55	31	16	05
3979	3790	341	75	81 inc.	19	54	48	11	12
Dimidia Lunatio & diff.				15	2	35	2		A
15ta Nisan Tych. sive *Pascha*				96 inc.	22	29	50	11	12

2. Per Tabulas Calendarij Judaici.

Ep.CP.	*Per.*Iul.	Mundi	*Per.*Jud.	Al.	Iul.	d	h	′	
67	67	67	67	67	67	271	4	372	
5472	4677	3913	2724	275	9A	11	20	20	S
5539	4744	3980	3791	342	76	259 inc.	8	352	
$5\frac{1}{2}$ Lunationes Iudaicæ						162	10	42	S
15ta Nisan Iudaica sive *Pascha*						96 inc.	22	310	

Ex

Ex hoc duplici calculo apparet, quod in anno Alexandræo 341 Juliano 75 hoc est, 45 annis à 75 annis subtractis, Epochæ Christianæ 30mo 15ta Nisan Tychonica & Judaica Astronomica sit dies à cal. Jan 96ta 6. Apr. feria quinta, & proinde prima Nisan, 14 à 96 subductis, dies 82da 23 Martij f. 5. Iam excessus in 358 annis Calippicis est unius diei 3 h 32/ & 46//, quæ superioribus 96 d 22 h 29/50// addita exhibent 98 d inc. 2 h 2/36 // hoc est, 15ta Nisan & Pascha Alexandræū & Calippicum anni Alexandræi 341 & Epochæ Christianæ 30 est dies à cal. Jan. 98va 8 Apr. feria 7ma, & proinde, 14 à 98 deductis, prima Nisan Alexandræa est dies à cal. Ian. 84ta 25 Martij f. 7. prout Scaliger hac ipsa demonstratione motus primus recte posuit. Contra prima Tisri Iudaica Politica anni Alexandræi 342 est dies à cal. Ian. 259 feria 7ma, & proinde, 177 d 7 f & 163 d 2 f à 259 diebꝰ 7 f subtractis, prima Nisan Judaica anni Alexandræi 341 est dies 82. 23 Martij feria quinta, & 15 Nisan sive Pascha Judaicū dies 96ta 6 Apr. feria quinta. Errat hic in Chronologia Calvisius, dum in anno Mundi 3979 Pascha ad Calendarum Iudaicum 8 Apr. feria septima celebratum esse dicit. Hinc Calvisius in cap. Isag. 49. itidem 8 Apr. feriam septimam ponit, ad eamq; mirabilibꝰ ambagibus pervenit, Dicit inter alia Novilunium Paschale ad Periodum Calippicam factum esse die 23 Martij feria quinta horâ septimâ 45 post meridiem, quod quidem, Novilunio Paschali Judaico pro Calippico posito, manifeste falsum est. Sed unde Calvisius 7 h 45/ post meridiem desumsit? Vbi in Periodo sua Calippica ullam horarum & scrupulorum mentionem addidit? Cæterū si superioribus 81 d 19h 54/48// non tantum 8h 13/ verum etiam excessus superior addantur, prodeunt 83 d. inc. 7 h 40/347/ ab occ. Solis h. e. Noviluniū Paschale Calippicum incidit in diem 83tiam 24 Martij feriam sextam. Longe evidentiore ratione nobis, quam Calvisio, feria sexta provenit, ut badū ad Novilunium Paschale more inusitato accommodari hoc est è 24 Martij feria sexta 25 Martij feria septima ut & è 7 Apr. feria sexta octava Apr. feria septima fieri possint. Nugas ut in primo tertio quarto & quinto Paschatibus ita hic quoque agit Calvisius, non demonstrationes Astronomicas, quas in initio capitis 49

promisit, adducit. Et cum per modum ab ipso Calvisio praescriptum & in membro 2 & 3 adhibendum hæc 25ta Martij & 8 Apr. facillime inveniri potuisset, tamen Calvisius ne verbo quidem hujus modi meminit, & tamen se per *Periodum* Calippicam *Pascha* hoc secundum in 8. Apr. feria septima invenisse dicit.

2. Pro eadem 25 Martii & 8. Apr. per Periodum Calippicam Scaligeri

Annus Calippiens 360, 360 per 76 divisis, est annus 56 in 5ta Periodo Calippica, qui non tantum secundum *Scaligerum* verum etiam secundum Calvisium incipit die à cal. Jan. 201ma eaque cyclo *Solis* 11 feria 5. *Additis* pro 2 mensibus 59 d 3 f, fiunt 260 d. 1. f, hoc est prima Tisri anni Alexandræi 360 est in anno Ep. Christianæ 30 dies à cal. Jan. 260 feria 1. & propter adu dies 261 feria secunda. 163 diebus & 2. f. & 177. d. 2 f & à 261. 2 f subtractis, manent pro prima Nisan anni Calippici præcedentis 359 dies à cal. Jan. 84. 25. Martij f. 7 & pro 15ta Nisan dies 98. 8. *Apr*. f. 7, vel pro 14ta Nisan nona d. 7 Apr. f. 6ta, prout Scaliger supra ponebat.

3. Pro eadem 25 Martii & 8 Apr. per Periodum Scaligeri Alexandræam

Annus Alexandræus 342, 342 per 76 divisis, est annus 38 in quinta Periodo *Alexandræa* inchoandus non tantum secundum *Scaligerum* verum etiam secundum Calvisium die 260 eaque cyclo *Solis* 11 fera primâ, in cujus locum propter adu succedit dies 261 feria secunda. *Si* à 261 d 2 f iterum 163 d. & 2 f nec non 177 d. 2 f subtrahantur, prima Nisan *Alexandræa* iterum evadit dies à cal. Jan. 84ta 25 Martij feria septima, Pascha sive 15ta Nisan *Alexandræa* dies 98va. 8 *Apr*. ferta 7. & proinde 14ta Nisan est dies 97ma 7 Apr. feria sexta. Si quis Pascha hoc secundû utpote in feriam septimam,

quà

qua Iudæi tempore Paſſionis Paſcha celebrarunt, incidens pro σταυρωσίμῳ habere voluerit, is tamen hoc ideo facere nõ poterit, quia Paſcha hujus anni Moſaicum & Tychonicum ſupra non in die à calendis Ian. 97ma 7 Apr. feria ſexta, qua Chriſtus Paſcha ſuum σταυρώσιμον peregit, ſed in die 96ta 6 Apr. feria 5. eſt inventum, & præterea idem miniſterio Chriſti tantum unum annum & 6 menſes attribuerit.

Paſcha tertium.

§.1. Hoc Paſcha in anno miniſterij Chriſti tertio, Tiberij [illegible]mo, Ep. Chriſtianæ 31, ætatis Chriſti 33, Iuliano 76, Alexandræo 342, Galippico 360, Olympiadico 806, Iudaico 3791, Mundi 3980, Periodi Iulianæ 4744 & denique in anno Epochæ Conſtantinopolitanæ 5539 cyclo Sol. 12 Lun. 13 decurrentibus incidit ſecundum ſubſequentem calculum ut & ſecundum Calendarium tam Calippicũ quam Alexandræũ in 27 Martij feriam tertiam, ideoq; σταυρώσιμον itidem eſſe nequit. Scaliger loco antea allegato primã Niſan dicit fuiſſe 13 Martij feriam tertiam, primam Azymorũ ſive 14tam Niſan 26 Martij feriã ſecundam, & proinde 15tam Niſan & Paſcha Alexandræum, quod propter badu 26 Martij feria ſecunda celebrari non poterat, 27mam Marti j feriam tertiam.

1, Pro 13 & 27 Martii anni Alexandræi 342di per Syzygiarum & Calendarii Judaici Tabulas.

Pro Exceſſu.

A	h	A	d	h	′	″
1 ——	297 ——	359 —— F	1	3	37	23

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Mundi	Per Jud.	Al.	Iul.	d	h	'	''	Sol.	L.
67	67 .	67	67	88	17	38	57	28	13
3913	3724	275	9	17	12	55	31	16	08
3980	3791	342	76	71 inc.	4	43.	26	12	13
Dimidia Lunatio & diff.				15	2	35	2 A		
15ta Nisan. Tych. & Mosaica				86 inc.	7	18	28	12	13

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni M.	Christi	d	f	h	'	''	Sol.	L.
28	28	83	2	20	43	30	8	13
3952	3	12	7	16	0	6	24	08
3980	31	71 inc.	2	4	43	24	12	13
Dim. Lun. & diff.		15	1	2	35	2 A.		
15ta Nis. Tych.		86 inc.	3	7	18	26	12	13

3. Per Calendarium Judaicum.

Ep.CP.	Per.Jul.	Mundi	Per.Iud.	Al.	Iul.	d	h	'
68	68	68	68	68	68	260	13	108
5472	4677	3913	3724	275 .	9A	11	20	20S
5540	4745	3981	3792	343	77	248 inc.	17	148 S
Quinque cum dimidia Lunationes Iud.						162	10	42S
15ta Nisan Iudaica Astron.						86 inc.	7	106

Secundum hunc triplicem Epilogismum 15ta Nisan Tychonica Iudaica Astronomica in anno Epochæ Constantinopolitanæ 5539, Periodi Iulianæ 4744 Mundi 3980 Iudaico 3791 Alexandræo 342, Iuliano 76 & Epochæ Christianæ 31 fit dies à cal. Ian. 86. 27. Martij feria tertia & proinde prima Nisan dies 13 Martij feria tertia. Iam

prima

prima Tisri in annis sequentib9 Astronomica ratione est dies 248va feria quarta. Si 248 diebus incompletis 17h &148/in operatione 3 per Calendarium Iudaicū Inventis addatur superior Excessus videlicet una d 3h & 666/ Iudaica circiter, prodeunt pro prima Tisri Alexandræa anni Alexandræ: 343tij 249 d inc. 20 h & 814/ hoc est prima Tisri Alexandræa non autē Iudaica est dies à cal. Jan. 249 f. 5. Ita si 86 d inc. 7h 18/28// non tantum 5 cum dimidia Lunationes verum etiam Excessus addantur, reperiuntur itidem 249 d. inc. 20 h 58 /9//. Si à 249 d 5 f subtrahantur 177 d. 2. f & 163 d 2 f, prima Nisan evadit dies à cal. Ian. 72da 13 Martij feria tertia & 15ta Nisan dies 86ta 27 Martii feria tertia, in quam diem supra 15ta Nisan Tychonica & Iudaica incidebat.

§. 2. Calvisius in hoc Paschate tertio mirabilibus ambagibus ijsque hic neque referendis neque examinandis per Periodum Calippicā hanc ipsam 27 Martij feriam tertiā invenit, & tamen in ipsa Chronologia in anno Mundi 3980 dicit, quod *P*ascha hoc ad Calendarium Iudaicum celebratum sit 27 Martij feria tertia, cum tamen Calendarium Iudaicum tum nondum inventum multo minus usitatum fuerit, licet id Pascha Judaicum prolepticè verè in 27 Martij f. 3. inciderit.

2. Pro eadem 13 & 27 Martii per Periodum Calippicam Scaligeri

Annus Callppicus 361, 361 per 76 divisis, est annus 57 in quinta *P*eriodo Calippica secundum Scaligerum pariter Calvisium & Petaviū die à cal. Jan. 190ma 9 Iulij feria secundâ inchoatus. Si pro prima Tisri anni Alexandræi 343 & pro 2 mensibus 59 d 3 f addātur, tunc prima Tisri quæsita fit dies à cal. Ian. 249 feria quinta. 177 dieb9 2 f & 163 d. 2 f à 249 d 5 f subtractis, prima Nisan in anno *A*lexandræo præcedente 342 & anno *C*alippico 360 fit dies 72da 13 Mart. feria tertia & 15ta Nisan dies 86ta 27 Martij feria tertia, unde 14ta Nisan est dies 85ta 26 Martii feria secunda, ut Scaliger posuit.

3. Pro eadem 13 & 27 Martii per Periodum Scaligeri Alexandræam.

Annus Alexandræus 343 est, 343 per 76 divisis, annus 39nus in quinta *Periodo Alexandræa* secundum *Scaligerum* pariter & Calvisium die à cal. *Ian.* 249nâ 6 Sept. eâq; cyclo Sol. 12 feriâ quinta inchoandus, hoc est, prima Tisri anni *Alexandræi* 343 est dies 249 f. 5. A 249. d. 5. f. non tantum 177 diebus & 2. f verum etiam 163 diebus & 2. f subtractis, prima Nisan *Alexandræa* eodem, quo antea, modo fit dies 72. 13. Martij feria tertia, 15ta Nisan dies 86tà 27 Martij feria tertia & proinde 14ta Nisan & prima *Azymorū Scaligeria*na dies 85ta 26 Martij feria secunda, prout *Scaliger* supra ponebat.

§. 3. Hæc omnia cum non tantum in Calippica verum etiam in *Alexandræa* tam Scaligeri quam Calvisij Periodis sint clarissima, ab ipso Scaligero sæpe licet aliquantum obscurè inculcata, & à Calvisio majore perspicuitate, prout hactenus putavimus, licet non sine errore multiplici repetita & tradita: tamen Calvisius eorū procul dubio *Periodo* suæ Calippicæ & *Alexandræ*, quæ tamē in primo 2 & 3 Paschatibus utpote 10mo 11 & 12mo Solis cyclis & in annis communibus nō est erronea, diffisus nullo verbo meminit, & nomine ad Calippicā re autem vera ad Judaicā *Periodū* confugit. Mirabili autē ratione fit, ut 15ta Nisan Tychonica Judaica & Mosaica tam *Astronomica* quam *Politica* cum 15ta Nisan Calippica & *Alexandræa* in una & eadem 86ta die à cal. Ian. 27 Martij f. 5. coincidant. *At* Pascha συνεϱώσιμον à Christo quidem f. 6. à Iudæis autem f. 7. est celebratum, & proinde hoc Pascha tertium non est συνεϱώσιμον, licet id Dn. *Petavius* l. 12. de doctrina temp. c. 12. anno huic Epochæ Christianæ 31mo per vim obtrudere, in *Paschatum* horum indagandorum negotio difficillimo *Astronomicas* demonstrationes ac Lunæ præsertim rationes excludere, sacris literis obscuritatem & nescio quam ambiguitatem affingere; ad *Patrū* quorundam, qui tamen necessarijs *Astronomicis* adminiculis maximâ partem destituti in hac quæstione & in hoc negotio exiguam

am ἀκρίβειαν vel habuerunt vel habere potuerunt, monumenta confugere, ex ijsque dominicæ passionis diem & annum eumque Olympiadicum 807 & Tiberij 18vum non sine contradictione definire conetur, prout in scholio 14to ostensum est.

Pascha quartum.

§. 1. Hoc Pascha quartum in anno Ministerij Christi quarto, in anno Tiberij 18vo, Epochæ Christianæ 32, ætatis Christi 34, Iuliano 77mo, Alexandræo 343, Calippico 361, Olympiadico 807, Iudaico 3792, Mundi 3981: Periodi Iulianæ 4745 & denique in anno Epochæ Constantinopolitanæ 5540 cyclo Solis 13 & Lunæ 14 currentibus secundum subsequentem triplicem calculum ut & juxta Calippicam & Alexandræam Scaligeri & Calvisij Periodos incidit in diem á cal. Ianuar. 106tam 15 Apr. feriam tertiam. Ill. Scaliger iterum solam primã & 14 Nisan exprimit, & illam quidem in die 92da 1 Apr. feria tertia, hanc vero in die 105ta 14 Apr. feria secunda figit, & proinde 15tam Nisan & Pascha hujꝰ anni Alexandræum, quod propter badu die 14 Apr. feria secunda celebratum esse nequit, diem 106tam 15 Apr. feriam tertiam fuisse sapienti colligendum relinquit.

1. Pro prima & 15. Apr. anni Epochæ Christianæ 32.

Pro Excessu.

A	//	A	d	h	/	//
1————	277————	360F	1	3	42	0

1. Per nostras Syzygiarum Tabulas.

Mundi	Per.Jud.	Al.	Jul.	d	h	/	//	Sol.	L.
68	68	68	68	106	15	11	38	1	14
3913	3724	[illegible]75	9 A	17	12	55	31	16	05
3981	3792	343	77	89 cópl.	2	16	7	13	14
Dimidia Lun. & diff.				15	2	35	2	A	
15ta Nisan Mosaica & Tych.				104 cópl.	4	51	9	13	14
Dies incompleti				105					

2 Per Tabulas Syzygiarum Calvisij.

Anni Mundi	An. Christi	d	f	h	/	//	S.	L.
29	29	.101	1	18	16	11	9	14
3952	3	12	7	16	0	6	24	0 S
3981	32	89 cōpl.	1	2	16	5	13	14
Dim.Lun.diff.		15	1	2	35	2 A		
15ta Nisan Mos.&Tych.		104cōpl.	2	4	51	7	13	14
Dies incompleti		105						

3. Per per Calendarium Judaicum superius.

Ep.CP.	Per.Jul.	Mundi	Per.Jud.	Al.	Jul.	d	h	/
69	69	69	69	69	69	278	10	757
5472	4677	3913	3724	275	9A	11.	20	20 S
5541	4746	3982	3793	344	77	266 cō.	14	737
5 ½ Lunationes Iudaicæ						162	10	42 S
15ta Nisan Iudaica Astronomica						104 cō.	4	695
Dies incompleti						105		

Secundum hunc triplicem calculum 15ta Nisan tam Tychonica quā Astronomica Judaica & Mosaica est dies à cal.Jan. 105. 14 Ap. f.2. Sive jā 105. diebus inc. 2 f 4 h 51/7//dis pro Excessu 1 d 1. f. 3 h 42/ 0//, sive 105 d inc. 4 h & 695/Judaicis 1 d 3 h & 756/Judaica addantur, illic quidem 106 d inc. 3 f 8 h 33/7//, hic auté 106 d. inc. 8 h & 371/ Judaica reperiuntur hoc est 15ta Nisan Alexandræa anni Alexandræi 343 est dies à calendis Ian. 106ta 15 Apr. feria tertia & proinde prima Nisan dies 92da 1 Apr. feria tertia. Si Pascha Iudaicum Politicum inquirendum est, tunc prima Tisri Iudaica dies à cal. Ian. 267 feria tertia hinc propter 3 ferias & 14 horas adhærentes ut & propter annum communem dies 268va feria quarta & tandem propter adu dies 269na feria qvinta evadit, & proinde, 177 d & 2 f ut & 163 diebus & 2 f ab illis 269 d 5 f subtractis, prima Nisan Iudaica itidem fit dies à cal. Ian. 92da 1 Apr. feria tertia, 15ta Nisan dies

dies 1 o 6ta 15 Apr. feria tertia & 14ta Nisan dies 105ta 14 Apr. f. 2., idquod etiã Calvisius in Chronologia in anno Mundi 3981 expressè dicit, cum tamen hic non ad Calendarium Judaicum tum nonvel inventum vel usitatum sed ad Alexandræum in c. 49. in 15 Apr, feria tertia sine ratione fixum respicere debuerit.

2. Pro eadem 1 & 15 Apr. per Periodum Calippicam Illustr. Scaligeri.

§. 2. Annus Calippicus 362, 362 per 76 divisis, est annus 58vus in Periodo Calippica, cujus dies initialis vera est dies à cal. Ian. 180-ma & quidem cyclo Solis 13 feria 7: additis pro 3 mensibus 89 d 5 f, fiunt 269 dies 5 f hoc est prima Tisri hujus anni 362 est dies à cal. Jan. 269na feria quinta. Si à 269 d 5 f non tantum 177 d 2 f, verum etiam 163 dies 2 f, verum etiã 163 d 2 f subtrahantur, prima Nisan anni Calippici 361 præcedentis evadit dies à calendis Ian. 92da 1. Apr. feria tertia & 15ta Nisan dies 106ta 15. Apr. f. 3, & proinde 14ta Nisan est dies 105ta 14 Apr. f. secunda, prout Scaliger supra ponebat. Calvisius in c. 49. Isag. Paschati huic 4to eandem 15 Apr. f. 3. ascribit, neque tamen, quomodo hanc 15 Apr. è Periodo vel Calippica vel Alexandræa propria desumserit, addit. Prodit autem hæc 15 Apr. è Periodo Calvisij Calippica hoc modo.

3. Pro eadem 1. & 15. Apr. per Periodum Calvisii Calippicam.

§. 3. Idem annus 58vus in quinta Periodo Calippicus secundum Calvisiũ incipit die à cal. Ian. 179. f. 6. 179 diebus 6 f & 89 d & 5 f additis, prodeunt pro prima Tisri 268 d 4 f hoc est prima Tisri anni Calippici 362 est dies 268 f 4. & propter adu dies 269 f. 5. 177 d 2 f & 163 d 2 f à 269 d & 5 f subtractis, prima Nisan Calippica anni Calippici 361 evadit dies 92. 1. Apr. feria 3, 15ta Nisan dies 106ta 15 Apr. feria tertia & proinde 14 Nisan & prima Azymorum Scaligeriana dies 105ta 14 Apr. feria secunda. Per accidens hic per diem anni Calippici 362 initialem falsam videlicet 179nam diem feriam sextam invenitur vera 15ta Nisan Calippica; idq; adu causatur. Si Calvisius

per Periodum Calippicam Pascha hoc venari voluisset, secundum methodum hanc id ipsum facere debuisset.

4. Pro eadem 1, & 15 Apr per Scaligeri Periodum Alexandræam.

§. 4. Annus Alexandræus 344, 344 per 76 divisis, est annus 40mus Periodi Alexandrææ, qui incipit die à cal. Januarii 268 feria quarta & propter adu die 269 feria 5. 177 diebus 2 f & 163 d 2 f à 269 d 5 f. rite subtractis, prima Nisan anni Alexandræi præcedentis 343 iterum, ut supra, fit dies 92da 1 Apr. feria tertia, 15ta Nisan dies 106. 15 Apr. feria tertia & 14 Nisan dies 105ta 14 Apr. feria secunda.

5. Per Periodum Calvisii Alexandræam pro eadem 1 & 15 Aprillis.

§. 5. Annus idem 40mus secundum erroneam Periodum Calvisij Alexandræam incipit die 267 feria tertia. Si à 267 d 3 f subtrahantur 177 d 2 f & 163 d 2 f, prima Nisan Calvisiana Alexandræa erronea prodit dies 90ma 30 Martij feria 1. 15ta Nisan sive Pascha Alexandræũ falsum dies 104ta 13 Apr. feria prima & 14ta Nisan dies 103 12. Apr. feria 7. Hæc sunt perspicua & omnibus obvia. Contra si quis Calvisii de hoc Pschate quarto verba, quæ in dicto c. 49 extant, & in quibus verbis Periodi Alexandrææ minimè meminit, & modo ad motum Lunæ Calippicum, modo ad motum Lunæ medium Tychonicum, modo denique ad motum Lunæ verum se convertit, vel legerit vel intelligere voluerit, is non modo Davi verum etiam Oedipodica interpretatione indigebit.

Pascha quintum & ultimum & verè σταυρώσιμον.

§. 1. Hoc Pascha quintum in anno Ministerij Christi quinto, Tiberij 19no, Epochæ Christianæ 33, ætatis Christi 35, Juliano 78, Ale-

Alexandræo 344, Calippico 361, Olympiadico 808, Iudaico 3793 Mundi 3982, Periodi Julianæ 4746 & denique in anno Epochæ Constantinopolitanæ 5541 cyclo Solis 14 & Lunæ 15to currentibus secundum Calendarium Calippicū & præcipuè Alexandræum tùm temporis usitatum & juxta subsequentem quintuplicem calculum incidit in diem à cal. Ian. 94tam 4 Apr. feriam septimam, quemadmodum Pascha Mosaicum per Tabulas superiores inquirendum & à Christo & discipulis celebratum in præcedentem diem 3. Apr. feriam sextam.

Pro Excessu.

A	//	A		d	h	/	//
1 ——	—— 277 ——	—— 361	F.	1	3	46	37

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Mundi	Per. Iud.	Al.	Iul.	d	h	/	//	Sol.	L.
69	69	69	69	96	0	0	16	2	15
3913	3724	275	9 A	17	12	55	31	16	0S
3982	3793	344	78	78 inc.	11	4	45	14	15
Dimidia Lunatio & diff.				15	2	35	2 A		
15ta Nisan Mosaica & Tych.				93 inc.	13	39	47	14	15

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni M.	Anni Chr.	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.
30	30	91	6	3	4	49	10	19
3952	3A	12	7	16	0	6	24	0S
3982	33	78 inc.	5	11	4	43	14	15
Dim. Lun. & diff.		15	1	2	35	2	A	
15ta Nisan Tych.		93 inc.	6	13	39	45	14	15

3. Per Calendarium Judaicum superius.

Ep.CP.	Per.Jul.	Mundi	Per,Jud.	Al.	Iul.	d	h	/	
70	70	70	70	70	70	267	19	535	
5472	4677	3913	3724	275	9A	11	20	20	S
5542	4747	3983	3794	345	79	255 incō.	23	515	
5 cum dimidia Lunationes Iud.						162	10	42	S
15ta Nisan Iudaica Astronomica						93 incō.	13	473	

4. Per Calendarium Judaicum Calvisii.

Anni Iudaici	d	f	h	/	
70	267	5	19	535	
3724A	11	4	20	20	S
3794	255 incompl.	7	23	515	
5 ½ Lun.Jud.	162	1	10	42	S
15ta Nis.Jud.	93 incompl.	6	13	473	

5.

§.2. Quintus & ultimus Novilunia & Plenilunia quævis media in quibuslibet Periodi Iulianæ tam Postulatitiæ quam Nostræ annis inquirendi modus in Tabulis Prutenicis fundatus ex ijsdem desumtus & in ipsa Chronologia pluribus explicatus & explicandus est hic. Ante omnia in præsenti exemplo Novilunium illud medium sequenti ratione est quærendum, quod annum Periodi Iulianæ 4746 hoc est annum Julianum 78 & annum Epochæ Christianæ 33, in quibus Salvator passus est, proxime antecessit, idque ita fit. Additis 4745 completis Periodi Iulianæ nostræ & 7979 Periodi Julianæ Postulatitiæ postremis annis itidem cōpletis, fiunt anni 12724 & proinde tempus Alphonsinū 21 tertiæ 30 secundæ 57 sexagenæ primæ dierū & 21 d, ad quod tempus è Tabulis Prutenicis, novâ & in hunc usum peculiarē in Chronologia nostra inventâ Epochâ præpositâ, videl. 1 sex. primâ 14 gr. 49/55//25///37IV, excerpitur

pitur more usitato motus Longitudinis Lunæ à Sole sequens videlicet a primæ 15 gr. 25/54//41/// & 52IV, qui motus per superationem Dn. M. Erasmi Reinholdi nimirū per 12 gr. 11/26//41/// divisus exhibet in quoto 11 dies 6/33//49///45IV, hoc est 11 d 2 h 37/31//54///, quibus Novilunium medium annum Periodi Julianæ nostræ 4746 Julianū 78 & Epochæ Christianæ 33tium proximè antecessit. Si 11 dies 2 h 37/31//54/// à 31 diebus Decembris anni Periodi Iulianæ præcedentis 4745 Iuliani 77 & Christiani 32di subtrahantur, remanent 19 dies eorundem annorum Decembris completi 21 h 22/28//6/// tempus Novilunij medii Decembris ejusdem. His 19 d 21 h 22/28// 6/// addantur jam non tantum 3 cum dimidia Lunationes, verum etiam pro dierum differentia 6 horæ & pro Meridiani Hierosolymitani discrepantia è Calvisio desumta 1 h & 25, pro quibus Buntingus 1 h & 37/ ponit, & a 123 d 13 h 21/30//& 6/// summa subtrahantur pro Decembri anni Periodi Iulianæ 4745 Iuliani 77 & Christiani 32di dies 31, & relinquentur 92 d completi à calendis Januarij anni Periodi Julianæ 4746 Iuliani 78 & Christiani 33tii numerati & præterea 13 h 21/30//6/// à sexta vespertina Hierosolymæ numeranda, prout è subsequenti operatione ad oculum apparere potest.

	d	h	/	//	///
Dies Decemb. A. Chr. 32di	31				
Inventum	11 com.	2	37	31	54 S
Tempus Nov. Dec. A. 32di	19 com.	21	22	28.	6
3 Lunationes cum dimid.	103	8	34	2	0
Diff. dierum Politicorum		6	0	0	0
Diff. Meridianorum		1	25	0	0 A
Plenil. Apr. A. Chr. 33tij	123 com.	13	21	30	6
Dies Decembris Anni 32.	31				S
Idem Plenil. Aprilis	92 com.	13	21	30	6

§. 3. Atque per hunc quintuplicem calculum Astronomicum eumq; non tantum Tychonicum & Iudaicum verum etiam Prutenicum

tenicum Plenilunium Paſchale 15ta Niſan Moſaica & Paſcha anni Chriſti 33tii Tychonicum, non autem vel Judaicum Politicum vel Alexandræum, incidit in diem à cal. Ian. 93tiam, quæ cyclo Solis 14 neceſſariò eſt feria ſexta, ipſumque Plenilunium medium factum eſt Hieroſolymis inter 7 & octavam horam matutinam, quemadmodum verum Plenilunium idque Eclipticũ à Buntingo & Calviſio in 33tio Epochæ Chriſtianæ anno ſecundum Aſtronomicas circumſtantias characteriſticè deſcriptum inter quintam & ſextam horam veſpertinam duabus circiter horis poſt præternaturales illas tenebras circa tertiam pomeridianam finitas elapſis. Hac ergo die 93tia 3 Apr. feria ſexta & die Veneris cum occaſu Solis hoc eſt ſexta veſpertina præcedentis 2 Apr. feriæ quintæ & diei Iovis incunte Dn. noſter Ieſus Chriſtus totiꝰ Mundi Salvator Opt. Max. veſperi noſtri diei Iovis cum diſcipulis 12 agnum Paſchalem comedit, & 3 circiter horis ante hujꝰ tertiæ Apr. feriæ ſextæ & diei Veneris finem tanquam verus agnus Paſchalis mactatus & crucifixus mortuus fuit. Quæ circumſtantia evidentiſſima, quod videlicet Paſcha Moſaicum à Chriſto & diſcipulis obſervatum & celebratum incidat in feriam ſextam & diem Veneris, & Paſcha Alexandræum uti etiam Iudaicum, prout paulo poſt monſtrabitur, á Chriſti percuſſoribus Judæis agitatũ in 4. Apr. feriã ſeptimam & diem Saturni, in nullo alio Epochæ Chriſtianæ anno quã 33tio invenitur, unde hoc anno & nullo alio eoq; cum anno Phlegontis Olympiadico 808 ſequenti modo collato Salvatorem paſſum eſſe à Scaligero apodicticè concluditur.

§. 4. Ab initio enim Periodi Iulianæ ad principium Olympi-
1. adum elapſi ſunt anni completi 3937 & 6 menſes, quemadmodum ad Paſſionem Dominicam anni 4745 & 3 menſes. Minore numero à majore ſubtracto, manent anni 807 completi & 9 menſes ab initio Olympiadum ad Paſſionem Dominicam ſecundũ Scaligerum & Phlegontem elapſi. Ita ab initio mundi conditi Scaligeria-
2. no ad primam Olympiadem ſecundum ſuperiora elapſi ſunt anni 3173 & 9 menſes quemadmodum ad Paſſionem Dominicam ſecundum calculum Scaligerianum præmiſſum anni Mundi 3981 completi

completi & 6. menses: iterum minore numero à majore subtracto, manent ijdem 807 anni completi & 9 menses. Sic ab initio Olympiadũ ad Epochæ Alexandrææ primordium secundum superiora elapsi sint anni 464 completi & 3 menses; qui numerus prodit, si anni Mundi 3173 & 9 menses ad primam Olympiadem usque & anni Mundi 3638 ad Epochæ Alexandrææ initiũ elapsi à se invicem subtrahantur, quemadmodum ab ejusdẽ Epochæ Alexandrææ initio ad Passionem eandem effluxerunt anni Alexandræi completi 343 & 6. menses. Annis superioribus 464 & 3 mensibus & annis his Alexandræis 343 & 6 mensibus additis, prodeunt totidem anni Olympiadici completi 807 & 9 menses. Simili ratione ab initio Olympiadũ ad primum Ep. Christianæ annum elapsi sunt anni 775 completi & 6 menses: additis 32 annis & 3 mensibus Epochæ Christianæ ad Dominicam Passionem secundũ Scaligerum elapsis, aderunt iterum 807 anni completi & 9 menses. Eodem modo prima Olympias secundum superiora acta est in fine anni Epochæ Constantinopolitanæ 4733 sive, eadem prima Olympiade celebratâ, elapsi sunt anni Epochæ Constantinopolitanæ 4732 completi & & 10 menses. Ita etiam Dominica Passio secundum Scaligerum incidit in annum Epochæ Constantinopolitanæ 5541, hoc est Christo patiente, elapsi erant anni Epochæ Constantinopolitanæ 5540 completi & 7 menses. Si ab his 5540 annis & 7 mensibus priores 4732 anni & 10 menses subtrahantur, relinquuntur ijdem anni Olympiadici completi 807 & 9 menses. Denique Olympias prima ratione initij incidit in finẽ anni Judaici 2985ti, hoc est sub initiũ Olympiadum elapsi erant anni Iudaici 2984 completi & 9 circiter menses. Passio autem Dominica incidit in annum Judaicum 3793, sive tempore Passionis effluxerant anni Judaici 3792 cõpleti & 6 menses circiter. Vnde, 2984 annis & 9 mensibus ab annis 3792 & 6 mensibus subtractis, manent iterũ 807 anni & 9 menses. En Scaligerianæ Chronologiæ certitudinem evidentissimã, quam si nihil aliud probaret, saltem annus Olympiacus 808 aliquo modo comprobatam daret.

3. (line 2) · 4. (line 13) · 5. (line 18) · 6. (line 25)

§. 5. Ita etiam Pascha anni Epochæ Christianæ 33tij Alexandræum in diem à calend. Jan. 94tam 4 Apr. feriam septimam

timam incidere non tantum calculus per Excessum in §. 1 positum mox instituendus monstrabit & demonstrabit: verum etiam Calendarium Judaicum utpote Calendarij Alexandræi παραφράσις comprobabit. Sive enim jam 93 diebus incompletis 13 h 39/ 47// in operatione prima §.primi inventis pro Excessu ibidem reperto 1 d 3 h 46 / 37//,sive 93 inc.13 h & 473/Iudaicis ibidem in tertia & quarta operatione acquisitis prò eodem Excessu 1 d 3 h & 837 / Judaica addantur, illic quidem prodibunt 94 d inc.17 h 26/& 24// hic vero 94 d 17 ho. & 230 / hoc est 15ta Nisan Alexandræa in anno Ep. Christianæ 33 est dies 94 & 4ta, Apr.eaq; cyclo Solis 14 necessariò feria septima, & proinde 14 Nisan est dies 93tia 3 Apr. feria sexta & prima Nisan dies 80ma 21 Martij f. septima. Eadem inveniuntur per Calendarium Judaicum hoc modo. Supra in operatione 3tia & 4ta prima Tisri anni Alexandræi 345 Iudaica Astronomica erat dies à cal. Jan. 255 feria septima, unde prima Tisri Politica propter 23 horas adhærentes primo fit dies 256 f.prima & deinde propter adu dies 257 feria secunda. 177 d. 2 f & 163 diebus & 2 f à 257 diebus & 2 f subtractis, prima Nisan Judaica Politica anni Alexandræi præcedentis 344 in eodem 33 Epochæ Christianæ anno evadit dies à cal. Ianuarij 80ma 21 Martij f. septima, 15ta Nisan Judaica dies 94 4 Apr. feria septima, cum supra in operatione tertia & quarta § 1. eadem 15ta Nisan Judaica Astronomica inventa sit dies 93tia 3 Apr. feria sexta, & proinde 14ta Nisan Judaica Politica seu prima Azymorum Scaligeriana est dies 93tia 3 Apr. feria sexta. Cum ergo eadem dies 94ta 4 Apr. feria septima non tantum per Calendarium Alexandræum verum etiam per Judaicum repetiatur, non immerito ex hoc ut & è nonnullis superioribus exemplis concluditur, quod Calendarium Judaicum sit quasi Calendarium Alexandræum & Calippicum correctum & inter alia τῷ Gatrad & batutacphad & præcipue Tekuphâ Addæâ auctum.

§.6. Sed restant eadem 21 Martij & 4. Aprilis per Periodum Calippicam & Alexandræam tam Scaligeri quam Calvisij sequenti ratione indagandæ.

1. Per

1. Per Periodum Calippicam Scaligeri & Calvisii.

Annus Calippicus 363, 363 per 76 divisis, est annus 59 in quinta Periodo Calippica inchoandus tam secundum Scaligerum quã ipsum Calvisium die à cal. Jan. 198vâ f. 6. Pro 2 mensibus 59 diebus & 3 f additis, fiunt 257 d 2 f. Hinc 177 d 2 f & 163 d 2 f à 257 d 2 f subtractis, prima Nisan anni Calippici 362 præcedentis fit dies 80ma 21 Martij feria septima, & decima quinta Nisan dies 94ta 4 Apr. feria septima.

2. Per Scaligeri & Calvisii Periodum Alexandræam.

Anno Alexandræus 345 sequens, 345 per 76 divisis, est annus 41mo in Periodo 5ta Alexandræa tam secundum Scaligerum quam Calvisiũ die à cal. Jan. 257 f. 2da inchoando. Si ab his 257 d 2 f dies 177. 2 f & deinde 163 d 2 f subtrahantur, relinquuntur pro prima Nisan anni Alexandræi præcedentis 344ti 80 d 7 f & pro 15ta Nisan 94 d 7 f hoc est prima Nisan Alexandræa est dies 80ma 21 Martij f. septima, 14ta Nisan dies 93tia 3 Apr. f. sexta, & 15ta Nisan dies 94ta 4 Apr. feria 7ma. Scaliger loco supra aliquoties citato non sine nulla obscuritate solam Nisan anni 4 omi Periodi quintæ Alexandrææ 21mam Martij feriã septimã & primam Azymorum sive 14tam Nisan 3 Apr. feriã sextã ponit, & tamen 15tam Nisan & Pascha, quod propter badu feria sexta celebrari non potuit, quartæ Aprillis diei feriæ septimæ asscribit.

§. 7. Hæc omnia, ut spero, sunt clarissima & perspicua non tantum ex ipso Lunæ Tychonico Iudaico Prutenico & Calippico motu verum etiam è Calippica & Alexandræa Scaligeri & Calvisij Periodis desumta, cum quibus licet Calvisius in c. 49 Isag. ratione τὸ ὅτι, quod videlicet hoc Pascha quintum Alexandræum σταυρώσιμον 4 Apr. feria septimâ a Iudæis celebratum sit, consentiat: tamen non hac ordinariâ sed plane inusitatâ & ambiguâ viâ ad eandem 4. Apr. feriã septimã pervenit. Hæc enim sunt Calvisii verba: No-

Z 2 vilu-

vilunium Paſchale apud Iudæos ad uſitatum Periodũ(Calippicam) accidit die 20 Martij f. 6ta mane hora 10mâ 53/, Novilunium medium die 19 Martij feria quinta hora 13tia 16/in meridie. Cum vero horæ hæ plus ſint quam 12, primus dies primi menſis transfertur in ſequentẽ diem in feriã ſextam: hæc vero cum non capax ſit Novilunij, iterum primus dies trajicitur in feriam ſeptimã & 21 Martij tam ſecundum Periodum Calippicam quam ſecundum medium & verum Lunæ motum. Paſcha igitur hujus anni celebratum eſt die 4. Apr. feria ſeptima. Hactenus. Calviſius. Etſi autem hæc concluſio vera eſt; tamen non vera eſt propter præmiſſas easque non tantum non neceſſarias verum etiam maximam partem vel dubias vel falſas. Maximè mirum eſt Calviſium, cum tamen & ipſi dies initialis anni Calippici 363 ſit dies 198, & anni Alexandræi 345ti dies 257, in hujus Paſchatis quinti genuina & Scaligeriana inventione vel Alexandrææ & Calippicæ Periodorum propriarum, quæ tamen in 1. 2. 3 & 5to Paſchatibus in annos communes incurrentibus non ſunt erroneæ, oblitũ vel illis diffiſum nullã anni Alexandræi 345, nullam item anni Calippici 363 mentionem facere, & rem per ſe manifeſtam in verbis præmiſſis tam obſcurè & ad Sphingiani ænigmatis inſtar proponere. Non equidem vel Davus ſum vel Oedipus. Veruntamẽ ſi quis vel quintuplicem in §1. & 2. præmiſſum calculũ, per quem Paſcha anni Chriſti 33tij Moſaicũ & Chriſti in 3 Apr. f. 6. Iudæorum vero tam Alexandræum quam Iudaicum in 4. Apr. f. 7. apodictico facillimo & perſpicuo negotio inveniuntur, vel operationem è Calippica & Alexandræa tam Scaligeri quam Calviſij Periodis paulo ante deſumtam & per hanc idem hoc Paſcha quintum in 4 Apr. feria ſeptima methodicè inventum cum Calviſianis contulerit, is his per noſtra hæc 5 Paſchata, quæ tamen omnia Scaligeriana ſunt, aliquid lucis acceſſiſſe non negabit, & non tantum Calviſianorum verum etiam Scaligerianorum & Petavianorum reſpectu manifeſtam obſcuritatis & perſpicuitatis differentiam ijsdem noſtris rudi Minerva hactenus prolatis non denegabit. Sunt enim omnia majoris certitudinis ergo tam prolixè & ad nauſeã fere repetita & è Scaligero, Calviſio, D.D. Behm, Dn. Vbbone Emmio & aliis maximam partem deſumta tam clara

&

& perspicua, ut dubijs Patrum quorundam testimonlis à Petavio prolatis ut & varijs ejus de anno Olympiadico 807 & Tiberij anno 18vo, de Christi 2 annorum & 3 mensium ministerio, de anno ætatis Christi 33tio cum anno primo ministerij Christi coincidente effugijs merito sint præferenda.

§.8. Constat ergo ex his omnibus 1. quod Salvator noster dilectissimus anno Periodi Julianæ 4711. finiente natus & anno 4741 itidē finiente baptizatus tùm 30 annorum completorum, non autem secundum Dn. Petavium 32 annorum, extiterit, quia 4711 anni ab annis 4741 subtracti 30 annos relinquunt. 2. Quod idem Salvator in Sept. vel octob. anni Per. Jul. 4741 & Jul. 73tij baptizatus & anno Per. Jul. 4746 hoc est Juliano 78 & Christiano 33tio & nullo alio crucifixus ministerium in his terris per 4 annos & 6 menses secundum Scaligerum, Calvisium & calculum præmissum non autem secundum Petavium per 2 duntaxat annos & 3 menses continuaverit. 3. Deniq; quod Salvator idem Opt. Max. in his terris per 34 annos & 6 menses ambulaverit, qui numerus acquiritur, si à 4745 Periodi Julianæ annis completis & 3 mensibus ad dominicam Passionem elapsis subtrahantur anni Periodi Julianæ 4710 itidem cōpleti & 9 menses, quibus finitis Christus secundum Scaligerum in Autumno natus est, non autem secundum eundem Petavium per 34 annos & 3 menses, qui numerus relinquitur, si 4709 Periodi Julianæ anni completi ad Nativitatem Christi Petavianam elapsi subtrahantur ab annis Periodi Julianæ 4743 & 3 mensibus, siquidem Christus secundum Petavium anno Epochæ Christianæ 31mo hoc est anno Periodi Iulianæ 4744 crucifixus est.

§. 9. Cæterum in præcedentibus ipsius mensis Septembris, quo Salvator secundum Scaligerum natus est, mentio aliquoties facta est. Iamque primo Epochæ Christianæ, Nativitatis & Ministerij Christi, ut & Passionis Dominicæ annis in certis Per. Julianæ & reliquarum Epocharum annis methodo & ratione Chronologicâ collocatis, probabiliter mensis quoque & dies Christi natalis in Mosaico, Alexandræo & præcipuè in Juliano annis determinandæ sunt. Nihil enim is agit, sed methodo inversâ hic procedit, qui

Z 3 ab

ab ignotis ad nota pergit, quod is certe facit, qui ante anni ætatis Christi 30mi 31mi 32.33.34 & 35ti ut & anni Tiberij 15ti accuratam cognitionem de primo Nativitatis Christi anno & ante annũ primum hunc de mense & die hujus anni primi initiali agere satagit. De Festo autem Nativitatis Christi, qua die Iuliana esset celebrandum, ipsa primitiva Ecclesia quodammodo incerta fuit; prout hoc ipsum à Scaligero varijs in locis, à Calvisio in c.48 Isagoges, ab Vbbone Emmio l.4. Rerum Chronolog. ab alijsque jam antea pluribus relatum est. Tandem autem idem natalis Domini meliore successu quam vel fundamento vel fructu, nullâ certâ determinatione, in quo Periodi Iulianæ aut Iuliano anno hoc est quo cyclo Sol. & Lun. Christus natus esset, præmissâ, 25tæ Dec. diei assignatus est. Atque hæc sanctio ab Ecclesijs occidentalibus primo introducta ad Constantinopolitanos & Ecclesias orientales circa annũ Christi 400 Chrysostomi tempore pervenit, prout idem Dn. Vbbo Emmius ibidem addit. Fundamentum autem hujus sanctionis idq; plane lubricum & infirmum consistit in hoc, quod Zacharias Iohannis Baptistæ pater summus Pontifex sive ἀρχιερεὺς extiterit, & paulo ante Johannis conceptionẽ decimâ die Tisri, quæ secundũ hujus sententiæ autores 27 Sept. tũ fuit, semel in anno Sanctum Sanctorũ ingressus, & paulo post Iohannes conceptus fuerit. Porro ut 10 dies Tisri sit 27 Sept., id secundũ Calẽdariũ Alexandræũ in §.28. Schol. octavi præmissum tumq; in Iudæa usitatum fieri non potuit nisi in anno Alexandræo 312 eoq; cũ ultimo fere quadrante anni Periodi Iulianæ 4713 cyclo Solis 9 die à cal. Ian. 262, 18 Sept. feria septima ineunte: unde 10ma dies Tisri evadit dies à cal. Ian. 271ma 27 Sept. feria 2da. At neque Zacharias ἀρχιερεὺς extitit sed saltem ἱερεὺς ex ephemeria Abia desumtus secundum Lucam c. 1. fuit, &, si 10ma Tisri 27 Sept fuit, tunc Iohannes profecto eodem 4713 Periodi Julianæ sive 45 Iuliano annis finientibꝰ conceptus est, quo Christus secundum Epochæ Christianæ, cujus primus annus cũ anno Iuliano 46 & Periodi Iulianæ 4714 secundum Scaligerum & Petavium idem est, ductum in Decembri natus fuit. Si enim annis Alexandræis 311 completis ante conceptionem Iohannis secundum

dum hanc hypothesin elapsis non tantum 763 anni & 9. menses ante conditum Mundi Scaligerianum, verum etiam insuper anni Mundi cōpleti 3638 ante Epochæ Alexandrææ exordium elapsi addantur, tunc in aggregato inveniuntur anni Periodi Iulianæ completi 4712 & 9 menses hoc est Johannes conceptus est in ultimo quadrante anni Per. Jul. 4713. & anni Jul. 45ti eo ipso tempore, quo ipse Christus vulgò natus creditur, & proinde Christus secundū huj9 sententiæ autores natus esset nō anno Per. Jul. 4713 & Iuliano 45 sed 4714 & 46 finientib9. Vnde apparet, quā bene hujus sententiæ autoribus calculus constet, adeo ut Dn. Vbbo Emmius recte concludat: In fundamento qui hallucinantur, de eorum structura quid tibi pollicearis?

§. 10. Structuræ autem hujus fundamento carentis ordo hic est. Si Johannes 28 vel 29 Sept. anni Iuliani 44 & Per. Iul. 4712 conceptus est, & Gabriel, sexto mense à Septembri exacto, Christi conceptionem Mariæ annunciavit, factum id fuit 25 Martij anni Juliani 45 & Periodi Iulianæ 4713tij. Hinc Iohannes, 9. mensibus à Septembri & 3 mensibus à Martio completis, ijsdem hujus sententiæ autoribus natus est 24 Junij ejusdem Iuliani 45 & Periodi Jul. 4713 annorum, & proinde ipse Christus, alijs 9 mensibus à 25 Martij ad 25 Decembris numeratis, hac ipsa die in anno Iuliano 45 & Periodi Iulianæ 4713 finientibus in lucem editus est. Meritò parcendum est piæ antiquitati. Alias enim collectio hæc multis modis vel erronea vel dubia est. Licet autē ipse Scaliger fateatur diem Christi natalem definire nullum hominem posse, solū autem posse Deum, quibus tamen verbis probabilē ejusdem natalis determinationem Scaliger nō negat aut tollit: quia idem Scal. l. 6. de Emend. Temp. Titulo: De anno natali Domini & in fine hujus Operis & ad Scaligeri ductū Calvisius in c. 48. Isag. & Vbbo Emmius dicto Rer. Chron. l. 4. Ephemeriarum beneficio conceptionem Iohannis quidem in fine Julij, Christi autem in initio Ianuarij ponunt, & proinde nativitatem Johannis quidem in Aprilis quemadmodum Christi in Septembris fine collocant: unde etiam Ecclesia Alexandrina Nativitatis Iohannis festum 23 Apr. olim celebravit: tamen, si argumentorum, per quæ 25 Decembris pro natali Christi

Christi habetur, infirmitas consideretur, si Christum in fine anni Periodi Julianæ 4711 & Iuliani 43 hoc est in anni Alexandræi 310 initio natum esse concedatur, & præterea Matthæi Beroaldi conjecturæ sequenti è Chronologiæ parte stochastica desumtæ illique plane probabili fides habeatur: omnino natalis Domini aliquo modo in Septembri ratione diei definiri poteſt. Conjecturæ autem Beroaldicæ summa hæc est: Quemadmodum Salvator veteris testamenti umbras ijs mensibus & ex parte diebus, quibus in Ecclesia Iudaica observatæ fuerunt, implevit, & in festo Paschatis quidem (eoque Mosaico non Alexandræo) in cruce oblatus fuit, in festo autem Pentecostes, Spiritus Sancti primitijs inter Apostolos distributis, pro lege veteri legem novam dedit: ita etiam in mense septimo Tisri & quidē die ejus 10ma, quam Beroaldus tamen non addit, totius populi expiationi in veteri Testamento (forsan propter protoplastorum lapsum hoc die quoque factū) per Levit. c. 23. vers. 27. dicatâ nativitate sua veram expiationem instituere & hac 10mâ die Tisri nasci voluit. Atque ad hoc tempus ejusdem Beroaldi judicio Iohannes quoque c. 1. per verbum ἐσκήνωσεν respicit, quia Tabernaculorum Festum in 15tam diem Tisri incidit.

§. 11. Porro hæc 10ma Tisri in anno Alexandræo 310 & Mundi 3948 ineuntibus vel Mosaica est, cum qua secundum subsequentem calculum coincidit 10ma Tisri Iudaica hoc est è Calendario Iudaico desumta, vel Alexandræa hoc est è Periodo Scaligeri Alexandræa derivata: haud secus quemadmodum Pascha quintum supra vel Alexandræum erat vel Mosaicum.

I. Pro Prima Tisri Mosaica & Judaica anni Alexandræi 310.

1. Per Syzygiarum Tabulas nostras.

Mundi	Per. Iud.	Al.	Iul.	d	h	'	''	Sol.	L.
34	34	34	34	93	6	5	35	23	18
3913	3724	275	9A	17	12	55	31	16	0S
3947	3758	309	43	75	inc. 17	10	4	7	18
6. Lunationes Tych.				177	4	24	19		
Diff. Dierum & Merid.					8	13	0A.		
Prima Tisri Tych. Al. 310				253	inc. 5	47	23	7	18

2. Per

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisii.

Anni Mundi	d	f	h	/	//	Sol.	Lu.
71	88	5	3	19	22	23	18
3876 A	12	4	10	9	19	16	0 S
3947	75 inc.	7	17	10	3	7	18
6. Lun.	177	2	4	24	19		
Differentia			8	13	0 A		
Prima Tisri	253 inc.	3	5	47	22	7	18

3. Per Calendarium Judaicum superius.

Ep CP.	Per. Iul.	Mundi	Per Iud.	Al.	Iul.	d	h	/
35	35	35	35	35	35	265	11	624
5472	4677	3913	3724	275	9 A	11	20	20 S
5507	4712	3948	3759	310	44	253 inc.	5	604

In anno Ep. Constantinopolitanæ 5507 Mundi 3948, Iudaico 3759 & Alexandræo 310 ineuntibus, in *Per.* Jul. autẽ 4711 & Iul. 43 annis adhuc currentibus prima Tisri Mosaica Tychonica & Iudaica tam Astronomica quã Politica est dies à cal. Ian. 253tia 10. Sept. feria 3. & proinde 10ma Tisri est dies 262da 19 Sept. feria quinta. Calvisius Periodi Alexandrææ hic quoq; oblitus in anno Mundi 3947 hanc 10 Sept. tanquã primam diem Tisri Iudaicam anni Iudaici 3759 ponit, cum tamen neque annus Mundi 3947 anno Periodi Iudaicæ 3759no respondeat, neq; hæc 10 Sept. anni Mundi 3947 initialis dies vel Mosaica vel Iudaica esse queat, sed anni Mundi 3948vi prima dies Tisri Iudaica & Mosaica existat.

2. Pro prima Tisri Alexandræa anni Alexandræi 310 per Periodum Alexandræam.

§.12. *A*nnus Alexandræus 310, 310 per 76 divisis, est annus 6tus in 5ta *Periodo* Alexandrea, qui secundum Scaligeri pariter & Calvi-

si Periodum Alexandræam in 28 § Schol. 8vi propositam inchoatam die à cal. Ian. 254ta 11 Sept. f. 4. & propter adu die 255 12 Sept. f. quinta: unde 10ma Tisri anni Alexandræi 310 ejusdem evadit dies 264ta 21 Sept. feria septima. Eadē 254. 255. & 264 dies inveniuntur sequenti modo per Periodum tam Scaligeri quam Calvisij Calippicam. Annus Alexandræus 310 est annus Calippicus 328 hoc est 328 per 76 divisis, annus 24 in quinta Perido Calippica inchoatam die à cal. Ian. 195ta 14 Iul. feria prima. Additis 59 diebus & 3 f, prima Tisri in eodē anno Calippico 328 & Alexandræo 310 evadit dies 254ta 11 Sept. feria 5. & propter adu dies 255ta 12 Sept. feria quinta. unde 10 Tisri iterum fit dies 264ta 21 Sept. feria 7. Sive quis 11mā Sept. sive 21 Sept. Christum natum esse statuere velit, si 21mam Septembris 19nā prætulerit, hac ratione Salvator 21 Sept. feria septima natus non tantum natus erit in sabbato utpote domino Sabbati verū etiam in ipsius anni Sabbatici initio. Si enim anni Mundi 3948 & anni Iudaici 3759 per 7 dividantur, utrobique 7 relinquitur, hoc est annus Mundi 3948 annus Iudaicus 3759 & annus Alexandræus 310. in quorum initio Salvator secundum hanc sententiam partim Scaligerianam partim Beroaldicam partim nostram natus est, fuit annus septimus in cyclo Sabbatico & annus Sabbaticus. Sed tantum abest, ut cuiquam hac in re quicquam præscribam, ut monitus meliusque ab alijs edoctus meliora sequi paratissimus existam & paratissimum me fore spondeam & promittam.

S.S. Scholion decimum septimum.

Quod in diem à cal. Jan. 249nam 6 Sept. feriam 5. anni Periodi Iulianæ 4402 adeoque in ipsum finem anni Mundi 3638 & Iudaici 3449 inciderit Novilunium medium, ob quod etiam Neomenia civilis & anni primi Alexandræi initialis à Scaligero partim & Petavio in hanc 6 Sept. feriam quintam conjicitur, hoc ipsum per sequentes 3 Epilogismos perspicuè ita demonstratur.

1. Per

1 Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Ep. CP.	Per.Iul.	Mundi	Per.Iud.	d	h	/	//	S.	L.
29	29	29	29	88	8	34	20	18	13
5168	4373	3609	3420A	16	13	32	26	12	oS
5197	4402	3638	3449	71 inc.	19	1	54	6	13
6.Lunationes Tych.				177	4	24	19		
Diff.dierum & Merid.					8	13	oA		
Noviluuium Sept.quæsitum				249 inc.	7	39	13	6	13

Vnius horæ 13/ & 6// excessum in 18 annis Calippicis præcedentibus coacervatum studio jam omitto, & unicuiq; liberum relinquo, an hac ratione ad Meridianum Hierosolymitanum an vero ad Atticum aut ad quemvis alium respicere velit. Porro hæc 249 à cal.Jan.dies anni primi Alexandræi & anni Mundi 3639 initialis cyclo Sol.6.non tantum est 6 Sept.verum etiam feria quinta, quæ etiam sequenti ratione per Tabulas Calvisij reperitur.

2.Per Tabulas Syzygiarum Calvisij.

Anni Mundi	d	h	/	//	///	Sol.	Lu
66	83	1	5	48	7	18	13.
3572A	11	5	10	46	14	12	oS
3638	71 inc.	2	19	1	53	6	13
6.Lun.	177	2	4	24	19		
Differentia			8	13	oA		
Nov.Sept.	249 inc.	5	7	39	12	6	13

Si annus primus Alexandræus secundum Calvisium revera esset annus Mundi 3638, tunc hæc ipsa, quæ jam quæsita & inventa sunt, non per hunc annũ Mundi 3638 sed per præcedentem 3637, ut annus 1. Alexandræo annus Mundi 3638 evaderet, reperiri debe-

rent, licet vel quæri vel inveniri minime possit. Unde Calvisius, dum annum primum *Alexandræum* constituit annum Mundi 3638, in quo Novilunium *Paschale* annum primum *Alexandræum* proximè præcedens jam inventum est, & tamen [illegible] annum primum *Alexandræum* 6 *Sept.* feria quinta anni Mundi 3638 finientis & anni Mundi 3639 ineuntis cæpisse negare nequit, eo ipso sibi ipsi & proprijs Syzygiarum Tabulis contradicit.

3. Per Calendarium Judaicum superius.

Ep. CP.	*Per. Jul.*	*Mundi*	*Per. Jud.*	*d*	*h*	*l*
30	*30*	*30*	*30*	*260*	*4*	*58*
5168	*4373*	*3609*	*3420 A*	*10*	*20*	*9[illegible] S*
5198	*4403*	*3639*	*3450*	*249 inc.*	*7*	*[illegible]8*

Prima Tisri Anni Epochæ Constantinopolitanæ 5198 Mundi 3639 Iudaici 3450 & primi anni *Alexandræi* in anno Periodi Iulianæ 4402 ineuntium est dies à cal. Ian. 249 na 6 *Sept.* feria quinta, adeoque prima Tisri Iudaica tam *Astronomica* quam *Politica* eadem est cum prima Tisri anni primi *Alexandræi*. Unde [illegible] terum colligere licet, quod *Calendarium* Iudæorum hodiernum magna ex parte desumtum sit è Calendario *Alexandræo*, quemadmodum hoc è Calippico. *Anno* enim primo Alexandræo cum 6. *Sept.* ineunte, de anno 19 *Calippico* die à cal. Ianuarij 190 & 9 Iulij secundum *Scaligerum*, Petavium & Calvisium inchoando jam elapsi erant 2 menses sive 59 dies, qui superioribus 190 diebus additi producunt eosdem 249 dies & 6 tam *Septemb.* per motum Lunæ Tychonicum & Iudaicum paulo ante inventam. Ita annus 20 Calppicus incipit secundum eosdem 3. [illegible] à cal. Ianuarij 179 & 28 Iunij. *Additis* pro 3 mensibus 89 diebus, fiunt 268 dies & 25 Sept. qua incipit annus secundus Alexandræus. Ita annus *Calippicus* 21 incipit 2dum Scal. & Petav. die [illegible] cal. Ian. 198 & 16 Iulij, quam Calvisius & Petavius loco 16 Iulij [illegible] inchoant: additis 59 diebus, fiunt 257 & 14 Sept., qua incipit annus tertius Alexandræus respondens anno Calippico 21, licet hæc collectio non in omnibus annis sequentibus procedat: id quod [illegible], quia *Periodus Alexandræa* interdum *Periodum Calippicam* contingit.

T, I-Scho-

Verum hoc esse subsequens triplex Epilogismus perspicue docebit & demonstrabit.

1. Per Tabulas Syzygiarum nostras.

Mundi	Per Iud.	Al.	Iul.	d	h	/	//	Sol. L.
67	67	67	67	88	17	38	57	28 13
3913	3724	275	9 A	17	12	55	31	16 0S
3780	3791	342	76	71 inc.	4	43	26	12 13
Dim. Lunatio & diff.				15	2	35	2	A
Plenil. Mos. & Tych. Martij				86 incō.	7	18	28	12 13

2. Per Tabulas Syzygiarum Calvisij.

Anni Mundi	Christi	d	f	h	/	//	S. L.
28	28	83	2	20	43	30	8 13
3952	3 A	12	7	16	0	6	24 0S
1980	31	71 inc.	2	4	43	24	12 13
Dim. Lun. & diff		15	1	2	35	2A	
Plen. Martij		86. inc.	3	7	18	26	12 13

3. Per Calendarium Judaicum superius.

Anno CP.	Per. Iul.	Mundi	Per. Iud.	Al.	Iul.	d	h	/	
68	68	68	68	68	68	260	13	168	
5472	4[illegible]7	3913	3724	275	9A	11	20	20	S
5540	4745	3981	3792	343	77	248 inc.	17	148	
5 cum dimidia Lunationes Iud.						162	10	42	S
Plenilunium Astronomicum Iud. Martij						86 inc.	7	106	

Plenilunium Paſchale ſive 15ta Niſan Moſaica tam Tycho-nica quam Judaica Aſtronomica in anno Periodi Julianæ 4744 Juliano 76 & Chriſtiano 31 eoque ſecundum Dn. Dionyſium Petavium *παυρεσιμον* eſt dies à cal. Ian. 86ta 27 Martij feria tertia, in quâ ſupra etiam incidebat *P*aſcha Alexandræum ejusdem anni 31mi. In eandem 86 diem 27 Martij f. tertiam incidit etiam Paſcha Judaicum Politicum. Prima Tiſri enim Aſtronomica ſecundum operationem tertiam proximam eſt dies 248 feria quarta, è qua *P*olitica poſtea propter adu fit dies 249 feria quinta. Hinc 163 diebus & alterijs ſubtractis, *P*aſcha Judaicũ Pol. ejusdem 31mi anni Chriſtiani evadit dies 86ta 27 Martij feria 3. Nullo jure ergo Dn. *P*etavius ullum Novilunium vel in 22 vel in 23 vel in 24 *M*artij vel quærere vel conſtituere poteſt. Atque ita per Dei gratiam Tractatulum hunc Chronologicum & ad finem perduxi & in hunc finem publici juris feci, non ut vel Dn. Petavio vel Dn. Samueli Petito alijsq; Viris Maximis ſine cauſa contradicerem, ſed ut alijs me & doctioribus & in Chronologia exercitatioribus in hæc ulterius inquirendi & me ſi-cubi aberravi, in viam revocandi & amice monendi occaſionem exhiberem. Epilogiſmum autem triplicem ideo plerumq; adde-di, ut ita ad oculum appareret, quod, Operationis per noſtras & Calviſij ſyzygiarum Tabulas inſtitutæ differentiâ nunquam 3// ſu-perante, noſtræ tabulæ non minore, quam Calviſianæ, certitudi-ne & forſan etiam, ſi adjunctam 7 Epocharum concatenationem & diei compl. & incompl. determinationem quis conſiderat, ma-jore compoſitæ ſint. Quod ſi quis me, Tabulis ſyzygiarum Chro-nologicis tam Tychonicis quam Judaicis propoſitis, in meſſem Aſtronomicam falcem immiſiſſe objicere velit, is vel officij ſui imme-morem alia Epocharum quoque ex hiſtoria deſumendarum conſideratio-ne occupati ratione vel ſaltem me magis, quam vel Petavium vel Calviſium, excuſatũ habebit, quia ille in toto l. 8. de doctrina tem-porum purum putum Aſtronomum agit, hic præter calculum Ecli-pticum Tabulas Aſtronomicas & Logiſticas in Iſagoge præmiſit. Totius Mundi Salvatori Optimo Maximo 3 Apr. feriâ ſextâ An-ni Epochæ Chriſtianæ 33 & Olympiadis 808vi pro nobis cruci-fixo & mortuo, ſine quo nihil facere potui, ſit æterna laus honor & gloria.

Paucissima sequentia errata benevolus Lector haud gravatim ita corriget.

A.4.fac.b.lin.15. pro Novilanio vox Novilunio
Ibidem lin.21.pro Acquinoctio vox Æquinoctio
Ibid.l.27 pro, in cyclo in Jobeleo τε in cyclo Jobelaeo
B.3.f.a.lin.29.pro 110. Ps.104
C.3.f.b.lin.29.pro esset τὸ esse
D.1.f.b.lin.29.2da.& 3.Maij loco 3.& 4.Maij
E.2.f.a.lin.6.vox Oct. omittatur
E 4.f.a.lin.20 loco Sext.vox Plenil.
Ibid.lin.24 loco 4033. numerus 4093
F.1.f.b.lin 18.pro.3453.numerus 2453
F.4.f.a.lin.13. Calvisiam pro Calvisiani
Ibid. lin.25.pro praecedente praecedentium
G.3.f.a.lin.25.pro 75 diebus dies 76
H.1.fac.b.lin.2.pro decenio τὸ decennio
Ibidem lin.30 pro f 1.Greg.& f.1.Iul.utrobiq; f.7
H.3.f.a.lin.[illegible].vox Scaligero non
Ibid f.b.li.6 pro τῷ annus, annis
I.4.f.b.lin.12.pro nonulla, nonnulla
L.1.f.b.lin.17.pro § 23.§.29mus
M.3.f.b.in ultima linea pro Iulij vox Iunij
N.3.f.b.ante τὸ De Annis Calip. §.15
R.2.f.a. lin. 28.pro utcun-utcunque
X 2.f.b.lin.15.postremum & omittatur
Y.2 f.a.lin.12.& 13.verum etiam 163 d 2 f tantum sunt
Z.1.f.b.lin.1.positam pro positam
Z.3.f.a.lin.penult.pro determinanda determinandi
Z.4.lin.29.Emmius pro Emmius

ponatur vel ponantur